ratione credibilis ſeu ſub ratione articulorū
fidei.ſic propria explicatio habet proprium
ſubiectum.Sed ea que habēt explicari in iſta
ſcientia non ſunt illa que poſſunt deduci ex
principiis notis & euidentibus . Sed que ha
bent deduci tantum ex principiis creditis. er
go &cetera. ¶ ITEM ſcientia que conſi
derat deum ſub aliqua ratione ſpeciali : ſub
illa habet deum pro obiecto . ſicut patet in
aliis ſcientiis ſpecialibus . Sed iſta ſcientia ſo
lum conſiderat deum : ut cadit ſub habitu
fidei:& per conſequens ut credibilis . Proba
tio minoris : per illud augu.iſta ſcientia non
eſt de omnibus.ſed tantum de his quibus fi
des ſaluberrima gignitur nutritur: roboratur
& defenditur pro iſta op. niſi aliud impedi
ret:fortiter probarem illud quod ſupra pro
baui ſecunda . q.arti.iii.ꝙ credulitas ipſa po
teſt accipi non a parte ipſius credentis tantū
ſed ex parte obiecti . Sed hoc dato ſequitur
ꝙ poteſt eē ſubiectū.quia illud quod īpedit
aſſignatur ꝙ credulitas ſolū ſe tenet ex par
te materie non ex parte ſubiecti. ¶ CON
TRA iſtas ſimul arguitur ſic . Ratio forma
lis obiecti debet ambire & fundamentaliter
cōtinere omnia que per ſe tractantur in ſciē
tia que omnia reducuntur ad unum ſicut ad
primū fundamentū omnium in quo eſt ſtan
dum . Sed nulla ratio attributalis uel limi
tata cuiuſmodi ſunt glorificator uel credibi
le poteſt eſſe huiuſmodi.ergo &cet . proba
tio maioris.per illud . p.ii.phi.tex.cō.vi. ubi
uult ꝙ nulla ſcia conſiderat de aliquo niſi
ſecundū ꝙ ptinet ad artificem de illo tracta
re.ſicut medicum non oportet conſiderare
de neruo niſi inꝗtū eſt ſubiectum ſanitatis .
quod nō eſſet niſi ſubiectum de quo eſt cōſi
deratio eſſet fundamentum per ſe omnium ibi
cōſideratorum .Probatur minor & per ſe pa
tet ꝙ non eſt aliqua ratio attributalis ad quā
ſicut ad fundamentum reducuntur que theo
logia noſtra : conſiderat: quia theologia no
ſtra multa conſiderat de deo que ſe habent
per modum ſubſtantie . Illud autem quod
ſe habet per modum ſubſtantie non habet
reduci ad illud quod ſe habet per modum
accidentis.ideo. ratio ſubiecti ſumitur ex ha
bitudine ſubiecti ad principia.Et accipiuntur
hic principia premiſſe per quas aliqua cōclu
duntur & probantur de ſubiecto. ¶ Tunc
ſic.ſecundum eandē rationem formalem eſt
aliquid ſubiectum principiorum ſcientie &
ipſius ſcientie. Hoc patet quia ſub eadem ra
tione ſecundū quam aliquid accipit̄ de ſub
iecto in premiſſis : ſecundum eādem conclu
ditur aliquid de eo in concluſione. ſed deus
non eſt ſubiectum principiorum quibus ar
guit theologus.ſ.articulorum ſecundum ali
quam determinatam rationem ut de ſe pa
tet . Non enim poteſt dici ꝙ deus trinus &
unus & aliquid huiuſmodi ſecundum ali
quam determinatam rationem ſit ſubiectū
ſed ſecundum ſuam illimitationem ergo .
&ce. Item illud de quo queritur in ſcientia
ut de probando de aliquo non eſt formale
ſubiectum illius ſcientie . quia licet de ſubie
cto poſſunt probari alique conditiones : ta
men formalis ratio obiecti non debet pro
bari ſed ſuppōi.Licet enim naturalis aliquid
probet de corpore mobili : tamen ꝙ ſit cor
pus mobile nō probat̄ ſed ſupponitur . Sed
iſta ſcientia querit de deo utrum ſit golrifica
tor ſicut querit multa alia de deo .ſ. utrum
ſit omnipotens : uel ſapiens uel aliquid hu
ius:& poſtea probat ꝙ ſic.Item aut accipitur
ratio glorificatoris & credibilis communiter ꝑ
omni ratione que ē in diuinis ſecundum ꝙ
omnia que ſunt in deo ſunt idem : & tunc
glorificator non eſt magis ratio ſubiectiua
ꝙ deitas in communi accepta : aut accipitur
in ſpeciali in diſtincta contra omnem ratio
nem deitatis & quamlibet aliam : & tunc ſe
quuntur duo. primum ꝙ habemus de deo
duas theologias . unam ſpecialem & aliam
communem.ſecundum ꝙ eadem ratōe qua
ſub hac ſpeciali ratione eſt theologia ſpecia
lis una & de qualibet ſpāli rōne dei ē alia &
ſic infinite theologie.Item ad rationem ſub
iectiuā oīa cōrēta hn̄t attributionē : ſed mul
ta in theologia noſtra cōtinent̄ que non ha

bent attributionem ad deum ut ad glorificatorem: celū enim & terra hic continentur que ſolum reſpiciūt ipſum ut cauſam efficiētem: uel finalem: nō autē ut glorificatorem Tertia eſt opinio que dicit ꝙ deus ſub ratione eſſentie eſt obiectum theologie in ſe ſeu abſolute & dicit ꝙ deus ſub ratione infiniti eſt ſubiectū theologie noſtre.i. illius theologie ſecundum q̄ nos cognoſcimus deum hic in uia. Theologia in ſe eſt talis habitus qualē natū eſt obiectū theologicū facere in intellectu ꝓportionato ſibi Theologia noſtra in nobis eſt habitus qualis intellectus noſter natus eſt habere de illo. Ad probandum ꝙ deus ſub ratione eſſentie ſit ſubiectum theologie in ſe: premittunt ꝙ illud eſt per ſe obiectum alicuius ſcientie ꝙ continet uirtualiter ſciētiam & notitiā oīum ueritatum illius ſcientie. Quod probant ſic. In eſſentieliter ordinatis oportet deuenire ad primum ſimpliciter. ſed cognoſcibilia alicuius ſcientie habent ordinem eſſentialem inter ſe in cognoſcibilitate: quia concluſiones ex principiis cognoſcuntur: & pricipia ex terminis: in illo ergo ordine eſt deuenire ad aliquod unum ſimpliciter quod eſt primum ſubiectum: ex cuius noticia cognoſcūtur oīa alia pertinentia ad illam ſcientiam & ipſum nō cognoſcitur ab aliis. patet ergo qualiter illud eſt ſubiectum primum & per ſe in ſcientia quod continet uirtualiter noticiam omniū ueritatum illius ſciētie. ❡ INSTANT. contra ipſos: ſic ſe uidetur habere primum ſubiectum ad habitum qui eſt ſcientia ſicut ſe habet obiectum primum potentie ad potentiam. Sed obiectum primum potentie eſt aliquid commune ad omnia per ſe contenta & non tantum cōtinens illa uirtualiter ſicut patet ꝙ color eſt obiectum uiſus per ſe continens omnes colores tanq̄ aliquid commune illis non tantum uirtualiter continens illa. Sicut ſubſtantia uirtualiter cōtinet omnia entia. ergo ſubiectū ſcientie eſt aliquod continens cōmune nō uirtuale ſolum. ❡ ITEM patet in qualibet ſcientia: ꝙ obiectum eſt continens cōe ut in methaphiſica ens in phiſica ens mobile in geometria magnitudo. & ſic de aliis. Item ꝙ cōtinet uirtualiter aliquam noticiā ut ſic non habet eſſe in intellectu. quia ut ſic eſt mouens aſſiſtens tantum. obiectum autem ſcibile ſecundum ꝙ ſcibile habet eē in intellectu. quia ut ſic uniuerſale. Vniuerſale autem ſolum habet eſſe in intellectu: ergo &c. ❡ AD ſolutionem iſtorum dicunt. ꝙ potentia uel habitus dupliciter pōt comparari ad multa per ſe obiecta. Vno modo ꝙ quodlibet eorum per rationem ſuam formalem natum eſt reſpici a potentia tali uel habitu. ſicut eſt de coloribus reſpectu uiſus: & tunc uerum eſt ꝙ nullum eorum unū poteſt eſſe primum obiectum habitus uel potentie. Aliomodo non ſic ꝙ quodlibet eorum per ratiōem ſuam formalem natum eſt reſpici a potentia uel habitu. ſed unum preciſe ꝑ rationem ſuam reſpicit & alia ſolū ex ſequenti. ſcilicet uirtute primi. Sicut eſt de intellectu diuino. qui primo & principaliter mouetur a propria eſſentia. Sed ex ſequenti ſolum cognoſcit alia uirtute primi obiecti. quod eſt eſſentia. & tunc non eſt uerum ꝙ primum obiectum adequatum potentie uel habitus eſt aliquid commune. Sed primum obiectum eſt aliquid intelligibile uirtualiter continens omnia. Ad propoſitum dicunt ſecundo. cum ergo deus ſub ratione deitatis ſit primum in entitate & per conſequens in cognoſcibilitate & alia non ſunt eiuſdem rationis cum eo nec in entitate nec in cognoſcibilitate. ergo deus eſt ſubiectum primum illius ſcientie primum uirtualiter: non primum cōe. ❡ HOC amplius declarant. Quando aliqua plura obiecta eſſentialiter reſpiciunt unum: nullum eorum poteſt eſſe tale uirtualiter continens rationē totius habitus: ita ꝙ ſit menſura per ſe totius habitus: & per ſe terminans totam. & ideo quia obiectum eſt menſura habitus. quinto methaphiſice. capitulo de ad aliquid: ideo requiritur aliquid commune omnibus illis ꝙ per ſe menſurat totum habitum. & illud uocatur obiectum primum illius habitus. igitur a contrario cum in ſcientia que ē de deo: deus qui eſt primum continens uirtualiter eſt ꝑ ſe menſura totius habitus qui eſt de eo. & etiam obiectum per ſe terminans. Alia enī cognita ſunt menſurata & terminata mediante ipſo in cognitione: igitur deus ut uirtualiter continens eſt primum obiectum huius ſciētie. ❡ PER HOC patet ad primū argumentum cum ſua confirmatione.

❡ AD ſecundum poteſt dici: ꝙ obiectum in propoſito non dicitur preciſe uirtualiter continere in quantū habet ratione mouēdi

potētiā:ſed inquātū habet cōtinētiā repſen
tatiuā multorū.& ſic non aſſiſtit intellectuſ
mouēdo:ſed in intellectu obiectiue ſiue ī re
pſentando:quod idē eſt. ¶CONTRA
iſtā reſponſionē arguūt:ꝙ nichil pōt eſſe in
intellectu obiectiue niſi in ſit pñs intelle-
ctui in ſeipſo uel in aliquo repreſentatiuo.
Primo mō nō oportet obiectum ſcibile eē
pñs.quia de oīo nō ente nō ꝑt eſſe ſcientia.
Nec ſecūdo:quia tūc mouēs & motum non
diſtinguerētur ſubiecto:quod falſum eſt.
¶RESPONDET infra omiſſis qbuſdā
pertinentibus ad alia.ꝙ licet forte idem ſim
plex nō poſſit eſſe mouēs & motū:tū idem
ſubiectū qd eſt idē per accidēs: bene poteſt
qa ex quo includit duo diuerſa: rōne unius
poteſt eſſe mouens & rōne alterius motum
Poſtea premittūt iſti ī.iiii.arti.circa medium
ꝙ ratio eſſentie in deo eſt omnino prima
ratio ſecūdum quam deus eſt cōceptibilis.&
alie rationes ſunt poſteriores. & inter iſtas
poſteriores que dā ſunt priores & quedā po
ſteriores,ſecundū ꝙ ipſi eſſentie ſunt ꝓpin-
quiores. Quid autē iſte ordo ſit poſſibilis ꝓ
bāt ſic: Queciiq; ordinem realē haberēt ad
aliqua ſi diſtinguerentur realiter:ſimilē ordi
nem ſecundum rationem habent ubi diſtin
guntur ſecundū rationem.Sed ſi realiter di-
ſtinguerentur eſſentialia a perſonalibus eſſē
tialia inter ſe haberent ordinem in con-
ſequendo eſſentiā: ita ꝙ ratio eſſentie eſſet
realiter prima ratio:ergo in diſtinctione ſua
(quam habent)rationis.idem cōtinget.Ma
ior patet.quia ordo diſtinctorū ſecūdum ra-
tionem nō cōcluditur niſi ex ordine qui na
tus eſſet competere ſecundū rem ſi eſſent di
ſtincta realiter.Probo minorem.qa ſi diſtin
guerētur realiter ratio eſſentie eſſet ſimpli-
citer prima & alie eſſent. q.paſſiones eius.
¶ITEM ſi talis diſtinctio eſſet realis: pri
mū qd eſſet ibi foret quedā natura īmateria
lis:poſt:potētia īmaterialis:deinde eius opa
tio īmaterialis. & ſic deinceps. Sed natura ī
materialis eſt eſſentia:rō ergo eſſentie eſſet
ſimpliciter pria.¶ITEM.illud uidetꝰ primū
ꝓ quod ſīdetur pp qd.hñs naturā immate
rialem ſiue intellectualem habet poten-
tiam immaterialem & operationem imma
terialē.ergo ipſa eſſētia immaterialis ē om
nino pria.In fine.iiii.arti.cōcludūt: ꝙ deus
ſit ſubiectū theologie ſub ratione eſſentie
ſic:illud ſub ratione eſſentie poteſt eſſe pri

mū obiectū alicuius ſciente cuius eſſentia ē
rō prima uirtualiter cōtinendi ueritates ne
ceſſarias habentes euidētiā ordinatā. Hoc
patet ex primo quod premittitur.Sed deus
ſub ratione eſſentie eſt huius obiectum ex
ſecundo qd premittitur.ergo.&c.Itē cogni
tio quiditatiua in aliquo ē omnino prima
& per conſequens uirtualiter continens ſu-
biectū cognitionū omniū aliorum .ſed eēn
tia ſub rōne eſſentie maxime dicit cōceptū
quiditatiuū.igitur ſub rōne eēntie eſt uirtua
liter continens ſubiectum cognitionū om-
niū aliorū.ergo &c. ¶ITEM ſub eadem
rōne deus eſt primū obiectū intellectus ſui
& prime ſcientie poſſibilis haberi de ipſo.
ſed obiectū primū proprii intellectus ſub rō
ne eſſentie eſt deus: ergo &c. ¶ CON-
TRA fundamentum ſuū ſcilicet contra uirꝰ
tualem continentiā ſic: illud eſt ſubiectum
qd uirtualiter cōtinet oīa ſcibilia illius ſciē
tie.Sed materia cōtinet uirtualiter oīa q̄ tra
ctantꝰ in philoſophia naturali ergo niſi ali
ter conditionetur iſta maior ſequitꝰ ꝙ mate
ria eſt ſubiectum philoſophie naturalis.Re
ſpondeo ꝙ ipſimet aliter cōditionant ſic ꝙ
illud eſt primum obiectum quod uirtuali-
ter continet & non potentialiter tantum.&
cum hoc requiritur ꝙ ipſum de ſe ſit ſcibile.
& alia uirtute eius & ex cōſequenti. & huiuſ
modi non eſt materia.

¶CONTRA. ex iſta reſponſione ſequi
tur.ꝙ deus ſub ratione infinitatis ſit primū
obiectum quia ſub ratione īfinitatis ſue oīa
uirtualiter & non potētialiter tātū cōtinet.
& ī uirtute īfinitatis omnia de deo poſſunt
cōuinci. ¶SECVNDO ſequitur: ꝙ licet
materia pria nō ſit ſubiectū philoſophie na
turalis:tamen forma ſubſtātialis eſt ſubiectū
quod eſt eque falſum. Probo. Forma enim
uirtualiter cōtinet pfectionē totius cōpoſiti
ut patet. ii.phiſicorū Omnia etiam ſunt co
gnoſcibilia ꝑ formā.unum quodq; enim co
gnoſcitur ꝑ hoc ꝙ eſt in actu. Hec ratio aſſi
gnatur primo phiſicorū comēto.lxix. quare
materia ē ſcibilis ꝑ formā. Item illud eſt pri
mū ſubiectū quod uirtualiter continet.&c.
& uirtute cuius alia tractantur & cognoſcun
tur.Sed licet accidentia maximam partē cō
ferant ad cognoſcendum quod quid eſt.&
hoc propter intellectus noſtri debilitatem a
parte rei.tamē ſubſtātia maxime facit ad co
gnitionē accidentiū numero .in tātū ꝙ non

ſcitur accidens niſi p attributionē ad ſubie-
ctū.ſicut patet.iiii.metha.iiii.metha.tex.cō.
i.& etiā primus modus dicendi p ſe eſt de
quod quid.igit̃ ſubſtantia eſt obiectū primū
methaphiſice.Preterea cōtra hoc arguit au
reolus.ſic.Eadē eſt ſcientia totius & partis.
ut triāguli & y ocheſis animalis & hominis
Quod patet p philoſophū.primo poſterio
rū tex.cō.xliii.& capi.xxii.dicentē ꝙ una ē
ſcientia unius generis ſubiecti ptes & ꝓprie
tates habētis.Et iterum patet ꝙ ſi non eſſet
eadē ſciētia generis & ſpeciei:totius & ptis
innumerabiles erunt ſciētie.Sed omnes ue
ritates cognoſcibiles de ſubiecto ptibus &
paſſionibus partium & ſubiecti ĩ nullo uno
primo uirtualiter continētur.ueritates nāqꝫ
de paſſionibus partiū non continentur p ſe
& primo in rōne totius quia nō inſunt par
tibus p rōnem totius ſed per rationē ꝓpriā.
ut patet ꝙ riſibile ineſt homini non ſecūdū
rōnē animalis:ſed per rationem rationalis.
& habere tres angulos non ineſt triangulo
per rōnem figure ſed per rationem triāguli.
¶ NEC ualet:ſi dicat̃ ꝙ rōnes ſpecierum
continētur potētialiter in genere.& p cōſe
quēs ueritates q̃ reducuntur ad ſpecificas rō
nes contineri uidētur potentialiter in rōe
generis:& ſic ſcito aliquo ſecundū rōnē ge-
neris:ipſum erit ſcitū ſecundū omnes rōnes
ſpeciales:hoc quidē non ualet:quia aliter ē
contineri potentialiter & aliter cōtineri uir
tualiter.ergo nō arguitur a ſimili ſufficiēti.
ꝓbatio aſſumpti.qa ex cōtinētia potentiali
non pōt reduci intellectus in noticiā ueri-
tatū potētialiter contentarū.alias.cognito ge
nere poſſet cognoſci omnis ſpecies & oīs ꝓ
prietas cuiuſlibet ſpeciei.qd non eſt uerum.
Ex continentia autē uirtuali reducitur in-
tellectus in noticiā contentorū propriam.
Si primo continere uirtualiter uiritates ali
cuius habitus & per conſequens ipſum ha-
bitum ſit formalis ratio primi obiecti in ſci
entiis:ergo cuicunqꝫ hoc cōpetit illud eſt in
illo habitu primum obiectū.Hoc patet per
illam maximā:cuicunqꝫ competit diffinitō
& diffinitum.Si primo: uirtualiter cōtinere
ueritates oēs ſcientie.quia:ineſt effectibus &
ſignis.Signa nāqꝫ & effectus ducunt in ueri
tatem in ſcientiā qa continent totum habi
tum uirtualiter.Quod patet.qa ab eis ſumū
tur principia & propoſitiones ex quibus for
mant̃ concluſiones & habitus generat̃:er-

go effectus & ſigna ſunt primum ſubiectū
in ſcientia qa quod falſum eſt qa idē eſt ſub
iectum in ſcientia.quia:& propter quid.
¶ PRETEREA ꝓportio ſubiecti ad oēs
ueritates habitus uirtualiter continentis reſ
pectu habitus:ē ꝓportio cauſe ad effectum
ſecundū ſic ponentes:ſicut patet .ſcripto pri
mo.q.iii.arti.primo ipſius.Sed in ſola ſcien
tia ꝓpter quid ſubiectū primum uirtualiter
cōtinens ueritates cauſat habitū: in ſcientia
aūt quia:ſubiectum non cauſat habitū.quia
tunc eſſet ſcientia:a priori:ſed effectus & po
ſteriora cauſant ipſum :ergo ſola ſcientia ꝓ
pter quid eſt ſcientia & habet obiectum qd
falſum eſt ut patet primo poſteriorum.
¶ PRETEREA.p.primo poſteriorū tex
tu.cō.xliii. aſſignans rationē primi ſubiecti
dicit ꝙ eſt habere ꝓprietates partes & ratio
nes:ſed hoc non eſt uirtualiter continere.nā
partes & paſſiones partium non continent̃
in genere uirtualiter ſed potentialiter tantū
ergo ſecundum phūm continere uirtualiter
non eſt illud qd dat alicui ꝙ ſit ſcientie ſub
iectum. ¶ PRETEREA primū ſubiectū
reſpicit habitum ſicut ei effectum:ſed reſpe
ctu unius ſcientie eſt dare plura particulari-
ter cāntia habitum:nam in ſcientia triangu
li ratio trianguli cauſat illam partem geo-
metrie que eſt de paſſionibus.ratio uero cir
culi illam partem geometrie que tradit̃.iii.
euclidis:que eſt de paſſionibus circuli. & ſic
de aliis ſpeciebus figure.ergo plura ſunt ſub
iecta geometrie.nec ualet ꝙ dicitur geome
triam non eſſe unam ſcientiam ſpecie:ſed
genere tantum.& eſſe tot habitus ſpecificos
in geometria : quot ſunt ſpecies uirtualiter
continentes adequatas ſibi paſſiones.Secun
dum hoc enim geometria de circulo ē alia
geometria ſpecie diſtincta a geometria de
triangulo:& alia de quadrato hoc nāqꝫ ſta
re non poteſt. tum quia in infinitum pro-
tenderet̃ in geometricis:cum figure ſecun-
dum numeros poſſint ꝓcedere in īfinitum
& erunt nobis ſecundum hoc infinite geo-
metrie.tum quia non ſolum ſecundum ſpe
cies oportebit multiplicare habitus: imo ēt
ſecundum paſſiones inter ſpēs & paſſiones
poſteriores alias mediantes.tales enim con
tinent uirtualiter & ſecundum ꝙ ipſum po
ſteriores paſſiones & mediant inter ſpēs.&
ita ſecundum ꝓpriam rōnem.unde ſpēs nō
continent illas primo uirtualiter. ſumendo:

primo ſecundū ꝙ ipſum & ideo neceſſe eſt
ut quot ſunt cōcluſiones ex inuicē deſcen-
dētes tot ponātur ſciētie ſpecifice diſtincte.
tū qa nec illud ſubiectū quod ipſi dicūt īme
diatas paſſiones primo uirtualiter cōtinere:
prio cōtinet: hoc eſt p propriā rationē, oēs
ueritates; que ex imediatis ꝓpoſitiōibus re
ducunt͛. qa omni alia ratiōe circūſcripta nō
cōtinēt eas. ut patet circūſcripta illa pria īme
diata paſſiōe: ex qua īmediata ꝓpoſitio in
telligat͛. quia in oībus ueriſimilibus ſcibili-
bus de triangulo: circulo: & quadrato: & ſic
de aliis. unus eſt modus ſpecificus ꝓcedēdi
& una ꝓpria logica. Aut uniformis modus
ſciendi. & idcirco ſciētiis eiuſdē rationis nō
poſſunt eſſe habitus diſtincti ſpē. patet ergo
ꝓpoſitū. Eſt ergo cōſiderādū ſicut dicit alius
doctor. Aureolus ꝙ illa diffinitio uera eſt ī
ſcientia ꝓpter quid tantū: & ponit iſte arti-
culo. ii. ꝙ rō ſubiecti ſcientie eſt eſſe genus
ſubiectum habens paſſiones: & ꝓprietates
ſeu ptes determinans ſibi unū genus & unū
modū cognoſcendi ut dicit: Hec trahi pñt
ex philoſopho prio poſteriorū tex. cō. xliii.
capi. xvii. & ut dicit in fine non oportet ꝙ
illud genus ſubiectū oēs ueritates cōtineat ī
uirtute ꝙ ſic per eius diffinitionem omnes
ueritatis ſcientie ſciri poſſunt: ſed ſufficit ꝙ
ad illud omnia in ſcientia determinata re-
ducantur: uel ſicut paſſiones: uel ſicut ptes:
uel ſicut principia ptium: uel ſicut paſſiones
harum: uide li. ſecūdo. ¶ DICIT Scotus ad
ꝓpoſitū ſub rōe īfiniti deus ē ſubiectū theo
logie nře. i. illius theologie ſcdm q̄ deus eſt
notus a nobis: theologia. n. nřa ut nřa ē: nō
ē ſciētia hñs euidētiā ab obiecto. ſicut ē de
theologia ī ſe & iō ſibi oportet aſſignaī ob
iectum primum illud quod eſt primo nobis
notum cui primo intellectus attribuit oēs
ueritates ſibi ſcibiles de illo obiecto: ſed il-
lud primū eſt ens infinitū igiͬ &c: Probatio
minoris: quia cōceptui pfectiſſimo ī aliquo
ordine attribuunt͛ omnes alii conceptus ſci
biles ſed pfectiſſimus cōceptus quem poſſu
mus habere de deo eſt conceptus infiniti:
ergo &c. ¶ CONTRA hoc quod dicit͛
ꝙ conceptus infiniti eſt pfectiſſimus quem
poſſumus &c. eſt tota queſtio que habetur
di. iii. & eſt. iii. ii. argumento. ¶ CON-
TRA cōcluſionē iſti ſe ſic: illū conceptū infi
nitū quē dicit eſſe primū notū nobis de deo
aut intendit ꝙ ipſum cōuincimus naturali

ter aut aduenit nobis ſupnaturaliter: Si na
turaliter tūc īfinitū ut ſic nō eſt obiectū theo
logie nře ſupernaturalis ſed theologie phi
loſophorū. Si ſupnaturaliter & eque bñ ſu-
pernaturaliter tradit͛ nobis in ſacra ſcriptu
ra noticia dei ſicut īfiniti ymo frequētius ex
primit͛ nobis nomē dei quā infiniti. ſequit͛.
ꝙ deus ſub ratiōe deitatis eſt ſubiectū theo
logie noſtre ut noſtre. ¶ ITEM cum di-
cit ꝙ primū notum nobis de deo eſt ens in
finitum. Aut intelligit de primo noto ſecū
dum qd nominis: aut ſecundum quid rei &
diffinitionis ſecundum quid nōis & in theo
logia noſtra ꝓſupponit͛ quid nominis dei ſe
quit͛ ꝙ deus ſub ratione deitatis eſt ſubiectū
uel ſaltem eē poterit quia de aliquo ſolum
oportet ꝓſupponere quid nominis ſi ſecun
dum quid rei & diffinitionis. hoc eſt falſum
quia diffinitio infiniti in pfectione de qua
loquimur non eſt capibilis ab intellectu no
ſtro & hoc eſt contra naturam ſubiecti. qa
cognitio quid nominis ſolum. ꝓſupponit͛.
¶ PRETEREA illud eſt primo notum
nobis de quo format͛ queſtio q̄ illud ꝙ que
rit͛. ſed de deo querimus in theologia utrū
ſit infinitus in pfectione & in uigore. ſed cō
ceptus infiniti non eſt primus conceptus. ſi-
cut cōceptus dei. Maior patet quia in omni
ꝓpoſitione prius concipimus ſubiectum q̄
ꝑdicatum: quod de illo ꝑdicamus. ſed illud
de quo querimus ē ſubiectum quod querit͛
eſt ꝑdicatum. ut cum querit͛ utrum deus eſt
infinitus. ¶ ITEM cum gratia nō mutet
ſtatum nature. ſequit͛ ꝙ ſi in theologia nřa
ſupnaturali de deo conceptus infiniti eſſet
primus cōceptus & pfectiſſimus ꝙ eſſet ēt
in naturali. ſed ī naturali multi alii ſunt prio
res & pfectiores conceptu infiniti: ut ꝓbat͛.
di. ii. q. iii. articu. ii. ¶ SEQVITVR de
tertio articulo ubi dicunt quidā ut thomas
primo ſcripto: ꝙ deus eſt ſubiectum theolo
gie ſub una cōmuni ratione deo & creature
ſed ens diuinum quod eſt cōmune deo per
eſſentiam & aliis p pticipationem ſicut ens
inquantum ens eſt ſubiectum in methaphiſica
ꝙ ē commune enti pfecto & diminuto. Sic
ꝓbat͛ quia illud ē ratio ſubiectiua ad quod
ſtat ultima attributio quia enim attributio
accidentiū non ſolū ſtat ad ſubſtantiam: ſed
ad ens inquantum ens: ideo ens eſt ſubiectū in
methaphiſica & non ſubſtantia. Sed ſubſtā
tia habet attributionem ad deū & deus &

ſubſtantia ambo habẽt attributionẽ ad ens diuinum.ergo ens diuinũ eſt ſubiectum.

¶ AD iſtud reſpondent qdã ut Scotus ꝙ ens non eſt ſubiectũ in metha.ſed ſubſtãtia. Quod ꝓbant ratione ſic. qa ſubiectũ debet habere paſſiones qbus aliquid põt demonſtrari de ſubiecto.ſed ens inq̃tum ens nõ poteſt habere paſſiones quia paſſio eſt extra cõceptum ſubiecti.Sed nichil ſubterfugit conceptum entis ergo &c. Auctoritate ſic.phũs quarto metha.tex.cõ.ſecundi ubiq; uero ꝓprie primi eſt ſcientia & ex quo alia dependent & ſeqtur hic.ergo ſi eſt ſubſtãtia:oportet cauſas & pñcipia habere philoſophum circa ſubiectum. Sed certum eſt ꝙ illud eſt ſubiectum circa quod querũtur principia & cauſe.ergo ſubiectum methaphiſice eſt ſubſtantia:nõ ens in q̃tũ ens. ¶ CONTRA. Illud ẽ ſubiectũ qd hẽt paſſiões.&c. ſed ens ẽ huiuſmodi:Probo.qa ens poſſet hẽre paſſiones ſi aliqd ſubterfugeret eius cõceptum. Sed bonũ:unũ & uerũ: ſubterfugiunt eius cõceptum.qa licet ſint idem cõuertibiliter cũ ente ſicut omnis paſſio cum ſubiecto: tamẽ differũt ratione.& hoc cõcedit philoſophus ibidẽ.iiii.metha.tex.cõ.tertii ſic dicens.Si ergo ens & unum ſunt idem & una natura eo ꝙ ad ſe inuicẽ conſequũtur:nõ tamen una ratione oſtenſa. Sed que differunt ratione methaphiſice accepta:unũ ſubterfugit conceptum alterius aliquomodo & ex natura rei tum quia methaphiſicus eſt artifex realis:tum quia rationem uocat diffinitionem vi.metha.tex:cõ.xiii.&.xiiii.ratio quã ſignificat nomen ẽ diffinitio. Sed que differunt diffinitiõe differunt ex natura rei.ergo.&c. Eſt itelligendũ ꝙ paſſio tripliciter põt comparari ad ſuum ſubiectũ. Vnomodo ita ꝙ ſubiectum accipitur in concreto & paſſio accipitur in concreto. Aliomodo ꝙ ambo accipiũtur in abſtracto. Tertiomodo ꝙ paſſio accipiatur in abſtracto & ſubiectum in concreto.Primomodo nulla paſſio ſubterfugit conceptũ ſui ſubiecti.Riſibile enĩ eſt homo & rudibile eſt aſinus.&c. Si.ſecundomodo omnis paſſio ſubterfugit conceptum ſui ſubiecti. Sed tertiomodo paſſiões entis ſolum ſunt que non ſubterfugiunt conceptum ſui ſubiecti.& hoc priuilegium habet ens propter ſuam tranſcendẽtiam. Eſt enim hec uera. Veritas eſt ens.ſed hec non eſt uera riſibilitas eſt homo. & ſic de aliis. Tunc arguo. Ad hoc ꝙ ens habeat paſſiões ſufficit ꝙ aliquid proprium in ipſo poſſit inueniri. cuius formalis conceptus ſit extra formalem conceptum entis. Sed ut dictum eſt entitas in in abſtracto nõ predicatur de unitate & bonitate in abſtracto.quia hec eſt ſolum idem ptica predicatio:unitas eſt entitas non formalis. quia differunt ratione ſecundum.p. ſupra & cõmẽtatorem ibidem. Aliter enim ſecundum commentatorem eſſet nugatio ens unum ergo unitas & bonitas ſunt paſſiones. ¶ NOTA propter argumenta ꝙ ens propter ſuam tranſcendẽtiam debet ſolum eſſe extra conceptum ſue paſſionis formaliter & in abſtracto accepte quantum ad conceptum entis in abſtracto non in concreto. In aliis autem ab ente ſubiectum utroq; modo eſt extra conceptum paſſionis formaliter & in abſtracto accepte. Iſtud noto: pro tanto ꝙ poſſet ſi. argui. Paſſio formaliter & in abſtracto accepta debet eſſe extra conceptum ſui ſubiecti tam in concreto q̃ in abſtracto ſicut riſibilitas non eſt humanitas ſic nec eſt homo:ſed certum eſt ꝙ nullã paſſio entis eſt extra conceptum entis in concreto licet in abſtracto paſſio entis puta bonitas non eſt entitas in abſtracto.igitur ens non eſt ſubiectum methaphiſi. ¶ AD iſtud patet per illud quod ſupra notabatur ꝙ in aliis ab ente paſſio formaliter & in abſtracto eſt extra conceptum ſui ſubiecti accepti tam in concreto q̃ in abſtracto. Sed in ente propter ſuam tranſcendentiam ſolum in concreto non in abſtracto.

¶ ITEM ad principale.ſ.ꝙ ens habet paſſiones ẽ auctoritas philoſophi expreſſa.iiii. met.tex.cõ.quinti nec credo ꝙ aliqua ſit ꝓ oppoſita parte ita expreſſa.dicit enim philoſophus.quoniã igitur unius in quantum unum & entis in quantum ens eedem ſecũdum ſe paſſiones ſunt.hic non diceret ꝙ eedem eſſent paſſiones utriuſq; niſi utrumq; haberet ergo ens inquantum ens habet paſſiones ſcilicet bonum & unum. ¶ ITEM poſt ſicut numeri inquantũ numerus ꝓprie ſunt paſſiones:ut imparitas:paritas: cõmenſuratio:equalitas:& cetera: ſic enti inquantum ens ſunt quedam propria & ea ſunt de qbus eſt philoſophi pertractare ueritatem. ¶ ITEM ſcientie diſtinguntur ab inuicem per ſua ſubiecta uel obiecta: quia habitus diſtinguntur per obiecta. Sed metha-

phiſica diſtinguitur ab aliis per hoc quod eſt circa ens inquantum ens. Alie autē ſunt circa partes entis. ergo. &c. Probatur minor. quarto metha. textu commenti. primi loquens de metha. ait philoſophus eſt quedam ſcientia que ſpeculatur ens & que huic inſunt ſecundum ſe: hec autem nulli in parte dictarum eadem. aliarum enim nulla intendit uniuerſaliter de ente inq̄tum ens. uerum partem eius abſcindentes aliquā. circa hanc ſpeculantur. ¶ ITEM illud eſt ſubiectū in ſcientia cuius paſſiones & cauſe & principia queruntur in illa tale ē ens quo ad primum ut ſupra allegatū. ¶ SIMILITER enti: in q̄tum ens quedam ſunt principia de quibus &c. & etiam quo ad ſcdm. qa philoſophus eodē. iiii. met. tex. cō. primi quoniā āt pricipia querimus & cauſas & extrema unde & entis i q̄tum ens nobis pñe cauſe ſunt accepte. ¶ ITEM illud ē ſubiectum in ſcientia reſpectu cuius unitatis probatur unitas ſcientie. quia probata quacunꝗ alia unitate & ſubiecti unitate non probata: nō pbatur unitas ſcientie. Sed p. c. ii. probat unitatem ſcientie metha. ex unitate que eſt in ente. ergo &c. Minor probatur: procedit enim philoſophus ſic. oīa entia dicuntur ad unū ſicut oīa ſalubria ad ſanitatē: ſed nō ſolum eorum que ſecundum unum dictorum. i. uniuoce. eſt unius ſcientie ſpeculari: ſed dictorum ad unam naturam q̄ad modum. ergo & ſalubrium omniū una eſt ſcientia ita & in aliis. & infra: palā ergo quis & entis unius ē ſpeculari. Nota q̄ expreſſe probat unitatē illius ſciētie ex unitate entis

¶ AD argumentum in oppoſitū patet ꝙ minor eſt falſa quia ſupra ꝓbatur ꝙ eſt formaliter extra conceptum entis. ¶ AD auctoritates eorū dico ꝙ cū philoſophus dederat ſuum ſubiectum circa quod eſt eius conſideratio & dixerat capitulo ſecūdo ꝙ ſubiectum unum cōtinet tanꝙ materiam ſubiecti duas partes ad inuicem habentes attributionem. ſ. ſubſtantiam & accidens: ex tunc dare uoluit que iſtarum partium materialium magis proprie & principaliter pertineret ad eius conſiderationem: & determinauit ꝙ illa pars cui alia pars attribuitur. ſ. ſubſtantia & hoc eſt ꝙ uult auctoritas: ubiꝗ uero: ad formam ergo auctoritatis dico ꝙ non intendit dicere ꝙ iſta ſcientia ſit proprie ſubſtantie: ſicut principalis ſubiecti: ſed ſicut principalis partis materialis ſubiecti: & accidentis ſicut minus principalis partis materialis ſubiecti. ymo ne aliquis hoc credat ꝙ ariſto. hic uoluit aſſignaſſe ſubſtantiam ſubiectum methaphiſice. innuit ſtatim poſt argumentum ad hoc probandum. ſ. ꝙ non & eſt illud. ſcientie generalis: generale debet eē ſubiectum & ſpeciale ſpecialis & illa ſcientia eſt generaliſſima. & illa de ſubſtantia eſt ſpecialis. igitur illa ſcientia habet pro ſubiecto ens & non ſubſtantiam.

¶ PRO illa ratione dicit cito: poſt aliam auctoritatem quapropter entis inq̄tum ens quaſcunꝗ ſpecies ſpeculari unius eſt ſcientie genere: ſpecies autem ſpecierum.

¶ CONTRA principalem concluſionem poſſet ſic argui. ¶ QVA ratione paſſio entis eſt extra eius conceptum eadē ratione dicere entis: ſunt extra cōceptus entis que ſunt actus & potentia. in prologo ſuper primum de anima ſecundum cōmentatorem: ſed tunc ens poſſet eſſe genus: qa. iii. metha. tex. cō. x. & x. tex. cō. vi. argumentū philoſophi q̄ ens non eſt genus: eſt quia nichil ſubterfugit eius conceptū ſicut ex obiecto: ſi differentie entis ſubterfugiunt eius cōceptum. ergo ens poteſt habere differentias & eſſe genus. ¶ DICO ꝙ ad hoc ꝙ aliqd ſit genus non ſufficit ꝙ habeat differentias extra eius conceptum ſed ſimul cum hoc ꝙ non predicetur de ſuis differentiis. ut patet ibidem in tex. ariſtote. ſed licet differentia entis ſit extra eius conceptum ſuperioris tamen habet pro impoſſibili ibidem ꝙ differentie entis non ſint ens ymo idem uult ꝙ ens predicatur de eis & ita uult ꝙ non ſit genus ita ꝙ preciſa cauſa ſit predicatio.

¶ AD argumentum in oppoſitum eſt diſtinguendum ꝙ ſi ea que conſiderantur in methaphiſica. conſiderantur preciſe in attributione ad ſubſtantiam ꝙ ſubſtantia eſſet ſubiectū. Sed qa conſideratio methaphiſica eſt preciſe de ente inq̄tum ens ad quod tam ſubſtantia q̄ accipiens attributionē habent. ideo ens eſt ſubiectum & non ſubſtantia: ſed hic eſt oppoſitum: quecunꝗ enim conſiderantur in illa ſcientia preciſe conſiderantur ut proficiant nobis ad noticiam deitatis ut traditur nobis ad cognoſcendum in ſacra ſcriptura & non conſiderantur ut proficiat nobis ad noticiā alicuius cōmunis deo & creature. ideo deus non eſt ſubiectū theo

logie ſub iſta ratiõne cõi qua ē ens diuinū.
DE.iiii.articulo poteſt fieri q̃ſtio
per ſe. Sequitur ergo de.iiii.ar
ticulo ubi dico ꝙ deus non ē
ſubiectum theologie uiatoris
ſub abſoluta ratione & illimi
tata deitatis:nec ſub ſpeciali ratione glori-
ficatoris ut credibilis uel eſſentie uel huiuſ-
modi aliqua:ſed ſub quadam generali ratio
ne ad omnes huius ſpeciales non tamen ge
nerali ad omnes rationes deitatis:ſed ut ſic
dicatur.deus eſt ſubiectū theologie uiatoris
ſecundum ꝙ eſt nobis uiatoribus cognoſci
bilis obiectiue in illo habitu qui uocatur ſa
cra ſcriptura:hec enim ratio eſt generalis ad
rationem glorificatoris credibilis ad omnes
ſpeciales que tradit ſcriptura:non tamen eſt
generalis ad omnem rationem deitatis. de
us enim non eſt cognoſcibilis in habitu illo
qui uocatur noſtra ſacra ſcriptura ſecundum
ꝙ in ſeipſo nude & aperte uidetur. Et dico
obiectiue ad differentiam dicẽtium deum
eſſe ſubiectum ſecundum ꝙ eſt cognoſcibi-
lis p inſpirationem quia imponit eis ꝙ acci
piunt rationem obiecti ex parte cognoſci-
bilitatis nõ ex pte obieti cogniti. ¶ CIR
CA.inquiſitionem iſtam primo ponā opi-
nionem q̃dam que in prima facie cõcordat
mecum & oſtendam ꝙ diſcordat in re. Se-
cundo opinionem meā declarabo. Tertio
dubia ſoluā. ¶ AVREOLVS: articulo.
iii.propoſitione.iii.dicit. ꝙ deus eſt ſubie-
ctum theologie noſtre ſub ratiõe deitatis &
hoc ſub illa ratiõe deitatis ſub qua theolo-
gus uiator attribuit deo ultimate ueritates
omnes quas declarare intendit de eo:& ita
deus ē ſubiectum theologie noſtre ut ratio
deitatis eſt concepta a uiatore per analogiā
quod ſic declarat.deus enim non eſt cogno
ſcibilis niſi uel ſecundum conceptus gene-
rales:uel ſpeciales & hoc dupliciter. poteſt
enim deus in ſpeciali concipi ſub ratione
dei propriā. clare & nude & intuitiue:&
ſcientifice:& non clare:ymo obſcure: & per
quandam proportionem & analogiam q̃
admodum dicit philoſophus prio poſterio
rum.tex.cõ.lxix ꝙ materia eſt ſcibilis p ana
logiam ad formā. cū ergo planū ſit ꝙ deus
non eſt ſubiectum theologie duobus pri-
mis:relinquitur ꝙ tertio.Et ſic tenet pro cõ
cluſione ꝙ quatenus uiator habet concep-
tum de deo proprium quem ſubicit iſtis

predicatis enti primo: infinito actuī puro:
trinitati perſonarum:& uniuerſaliter omni
bus ueritatibus que ſecundum theologicū
habitum declarantur:ē ſubiectum. ¶ VL
TERIVS. ſubdit ille in reſponſione ad
primam inſtantiam contra ſe ꝙ conceptus
ille confuſus qui eſt de ꝑpria rõne deitatis
continetur in cõceptibus aſſu ptis a creatu
ra non uirtualiter nec formaliter formalita
te eiuſdem rationis ſed eiuſdem proportio
nis:& ideo ſicut intellectus noſter poteſt for
mare conceptum de triangulo ꝙ habet tres
& cetera.ita noſter itellectus cum ſit aſſimi
latiuus poteſt circa deum cõceptum ꝑpor-
tionalem & conformem formare: confor
mem dico conceptui creature: & tunc talis
conceptus ſic ſe habebit ad eſſe ſubſtantiam
infinitam & eſſe trinum in pſona & cetera.
ſicut ſe habet triangulus ad eſſe trinum an
gulariter & ad alias ratiões. ¶ ISTA opi
nio deficit.ponit enim ꝙ deus eſt ſubiectū
theologie noſtre non ſolum ſecundū ꝙ om
nes ueritatis que in hac ſcientia declarantur
attribuuntur ſibi & habent quãdam analo
giam ad ipſum & ꝑportionem. Sed ponit
ꝙ iſte conceptus de deo continetur in con-
ceptibus creaturarum & formatur ꝑportio
naliter & conformiter circa deum ſecun-
dum modum ſimilem ſecundum quem re-
peritur in creaturis:ſed iſta eſt theologia q̃
eſt naturalis & methaphiſica philoſopho-
rum ut patet.xii.methaphiſice textu com-
mẽti.xx.ubi philoſophus cõcludit ꝑprieta
tes dei de ipſo puta ꝙ eſt imobilis: actus pu
rus & cetera ex creaturis.ergo nichil ad pro
poſitum de theologia noſtra ſuper natura-
li. ¶ PRETEREA hic agimus de ratio
ne ſubiectiua tenente ſe ex pte ipſius obie-
cti qui eſt deus ſicut in omnibus realibus
ſcientis eſt querere ſubiectum. Iſta autem
opinio reſpondet de ratione ſubiectiua
fabricata per intellectum noſtrum in reſ-
pectu ad creaturas ſicut fabricamus dex-
trum in columpna & alia ficticia. ergo
nichil ad ꝑpoſitum. ¶ SEQVITVR.
de ſecundo arti. ubi ſicut antiquitus ut ſal-
uem ꝙ theologia noſtra differat a metha-
phiſica philoſophorum etiam ꝙ ratio ſub
iectiua accipitur ex parte rei obiecte. Duo p
bo. ¶ PRIMO principale ſcilicet ꝙ deus
eſt ſubiectum theologie uiatoris ſecun-
dum ꝙ eſt nobis uiatoribus cognoſcibilis

i ſacra ſcripturā. ¶ SECVNDO. ꝙ illa ratio cognoſcibilitatis ſe tenet ex pte obiecti. ¶ PRIMVM. ꝓbatur ſic: ſicut itellectus noſter & philoſophorū i naturali cognitione non poteſt i ens trāſcendens ut eſt omnino abſolute acceptum. qa tunc poſſet i ens ſub omni ratione & ita in ens ut eſt cōmune creature & deo i ſe uiſo. ymo ſolum pōt in ens ut eſt cōmune creature & deo ut pōt conuinci ex creaturis ut ꝓbatur ſupra. q. prima articulo. iii. a. ſic intellectus theologi uiatoris non poteſt in deū abſolute conſideratum: quia tunc poſſet in deum ut in ſeipſo uiſum: ſed pōt in cognitionem dei ſolum ſecundum ꝙ eſt cognoſcibilis in ſacra ſcriptura: ſed deus non pōt eſſe ſubiectum theologie uiatoris niſi ſecundū ꝙ intellectus uiatoris pōt in eius cognitionē. qa fruſtra eſſet talis ratio ſubiecti in q̄tum habens habitum non poſſet. ergo deus non eſt ſubiectū thelogie uiatoris. ſecundum abſolutam ratior. em deitatis: ſed preciſe ſub illa ſub qua eſt cognoſcibilis in habitu qui uocatur ſacra ſcriptura. ¶ HEC uidetur. fore opinio tho. parte. i. q. i. articulo. ii. ubi tenet ꝙ deus eſt ſubiectum theologie ſecundum ꝙ eſt reuelatus nobis per ſcripturam & accipit ille reuelari generaliter pro tota ſupernaturali inſpiratione. Confirmat̄ aug. xiiii. de trini. capitulo primo. ex intentione determinans propriam raitonem ſcientie noſtre theologie arguitiue de qua querimus: determinat ſic. ad hanc ſcientiam pertinet illud quo fides ſaluberrima gignitur nutritur: roboratur: deffenditur: ſed illud quo gignitur &c. non ſunt preciſe alique rationes ſpeciales de deo. puta glorificator: uel ſaluator: uel huius: ſed ad hoc faciunt ſuis modis omnia alia que traduntur in ſacra ſcriptura ut illa quibus fides gignitur &c. nec illa quibus fides gignitur eſt abſoluta ratio deitatis ſed quedam alia que in ſacra ſcriptura nobis traduntur ut legalia: prophetalia: iſtorialia: ergo deus non eſt ſubiectum theologie uiatoris ſub ratione ſpeciali nec abſoluta deitatis: ſed ſolum ut eſt cognoſcibilis in ſacra ſcriptura. ¶ ITEM ſub illa ratione ponitur aliquid ſubiectum in ſcientia ſub qua eius noticia ſupponitur: ſed noticia dei preſupponitur in ſciētia noſtra arguitiua ſcdm ꝙ eſt cognoſcibilis ex ſacra ſcriptura. non enim preſupponitur hic ut naturaliter cognoſcibilis. igitur ut ſic eſt hic ſubiectū. ¶ ITEM ſub illa ratione ē deus ſubiectum i theologia noſtra ſub qua eſt cōmunis ad omnia in ea contenta. uerbi gratia: ens ſub ratione entis eſt ſubiectū methaphiſice quia ſic eſt commune ad ſubiectum & accidens: ſed deus ut eſt nobis cognoſcibilis in ſacra ſcriptura eſt communis ad omnes rationes que de ipſo poſſunt cognoſci. Deus enim ut glorificator uel ſaluator ut credibilis & ſic de ſingulis rationibus arguendo. eſt cognoſcibilis ex ſacra ſcriptura. ergo & cetera. ¶ ITEM obiectum & habitus neceſſario habent cōmenſurari: quia inter ea eſt relatio mēſure: inter quecūꝙ autem eſt relatio menſure: non ſe excedunt ut ſic. ergo theologia noſtra & ſubiectum eius non ſe excedunt: ſed ſunt in eodem gradu. ſed habitus noſtre theologie ē limitatus: ſic ꝙ ſolum eſt de hiis que nobis traduntur cognoſcibilia ex ſacra ſcriptura. Probo quia ſi ſint aliqua intelligibilia que cognoſci poſſunt lumīe naturali. ¶ HEC pertinent ad ſcientiam philoſophorum & methaphiſice: ſi autem ſunt aliqua que pñt uideri ſupernaturaliter: hec pertinent ad ſcientiam patrie. & preter has duas non remanet niſi tertia que eſt in ſacra ſcriptura. ergo ſcientia noſtra theologica ſolum eſt de hiis que ſunt cognoſcibilia. iii. modo ſcilicet ex ſacra ſcriptura igitur & cetera.

¶ SCOTVS in illa queſtione utrū uiator poſſit ſcire uerꝉiates ſcibiles de deo ſub ratione deitatis & eſt di. iii. i. libri. Reſpondet iſti maiori quando dicitur obiectum & habitum oportet adequari & commenſurari ita ꝙ ſe non excedunt dicit ꝙ uerum eſt de habitu in gradu perfecto: ſed non oportet eſſe uerum de habitu in gradu imperfecto, ut puta cum participatur ab intellectu qui poteſt aliquā paſſionem explicare de ſubiecto & ſi non omnes: ponit exemplum de binario cuius paſſiōes ſunt primitas & paritas eque primo conuenientes: poſſum enim ego qui non habeo perfectam ſcientiam de binario ſcire unam paſſionem eius ſine alia. ¶ CONTRA hoc arguitur per rationem menſure ſic. io. methaphiſice texti. commenti ſecun lo ponit ariſtotiles rationem menſure conſiſtere in diuiſibili de quo ſatis. d. xxxiii. articulo tertio dicto primo & ſecundo. Arguo tunc uniuerſaliter ubi

ſaluatur ratio menſure: extrema non exce-
dunt ad inuicem: ſed habitus ſiue actus &
obiectum cognitum ſunt extrema relatiõis
modo menſure ſcilicet ſcibile & ſcientia. ſi
cut ergo qñ obiectum eſt pfecte comprehẽ
ſum oportet habitũ & actum eſſe pfectos ĩ
ſummo ita ꝙ neutrũ extremum ſe habet p
exceſſum: ſed cõſiſtunt in indiuiſibili ut ſic
ſaluet ratio menſure: ita eodẽ modo opor
tebit ꝙ ſi in theologia noſtra deus cogno-
ſcatur impfecte ꝙ obiectum cognitũ & ha-
bitus ſiue actus noſter theologicus ſic ſe hã
bant ad inuicem ꝙ obiectum ſub illa rõne
formali ſecundum quã ẽ obiectum talis hã
bitus & actus non ſe excedat ne ſaluetur ra
tio menſure. Confirmatur ratio p demon-
ſtrationem ariſtotelis ibidem. probat. enim
ꝙ ratio menſure conſiſtit in indiuiſibili ita
ꝙ extrema non ſe excedunt. quia oportet
menſuram eſſe certam: ſed ut dicit non po-
teſt eſſe certa niſi ſic conſiſtat in indiuiſibili
ſic ꝙ nec recipit additionẽ nec diminutio-
nem: in primo folio textus. Tũc quero ſi de
us ponatur ſubiectum ſub ratõe deitatis ab
ſoluta aut mẽſurat habitum theologicum
noſtrum ſicut menſura certa aut non. Si ſic:
ergo non excedit ꝙ falſum eſt. quia in theo
logia noſtra non cognoſcit deus ſecundum
totum ambitum ſuum ſed quantum tradi
tur nobis cognoſcibilis ex ſacra ſcriptura: ſi
non eſt certa ergo non eſt menſura. Eodem
mõ quero ſi deus ponat ſubiectũ ſub rõne
limitata ut puta glorificatoris: aut eſt certa
aut non. ſi ſic: ergo non deficit. hoc eſt falſũ
quia plura cognoſcimus de deo in ſacra ſcri
ptura ꝙ que ſecundũ illam rationẽ limitatã
ſunt cognoſcibilia. ſi non: non eſt igit menſura
ad ppoſitum. Sed ſi det tertiũ. ſ. ꝙ de-
us eſt ſubiectum ſecundum illam rationem
communem qua tradit nobis cognoſcibilis
in ſacra ſcriptura. ſic non excedit habitum
noſtrum nec recipit additionem nec dimi-
nutionem. ergo reuertitur principale propo
ſitum. ¶ TERTIO. exemplũ ſuum con-
cedit propoſitum quia binarius eo ꝙ habet
duas paſſiones ſcilicet primitatẽ & paritatẽ
ſequitur ꝙ quantum eſt ex parte obiecti po
teſt haberi de ipſo ſcientia ſub una ratione
preciſe uel ſub alia preciſe ſine hoc ꝙ habea
tur ſcientia de binario ſub una ratione ab-
ſoluta igitur (cum deus ſit cognoſcibilis ĩ
ſacra ſcriptura & cognoſcibilis in lumine
glorie) ſequitur ꝙ poteſt haberi unus ha-
bitus particularis theologicus de deo qui
commenſuretur ſibi ut obiectiue cognito ĩ
ſacra ſcriptura. & alius particularis ĩ alio par
ticulari lumine glorie preter illam que ſic
de deo in communi que eſt theolog a pro-
pria ipſius dei. ad hoc qualiter ſcientie bea-
torum ſpecifice diſtinguantur ſecundum at
tingentiam obiecti li. iiii. q. utrum beatitu-
do angelorum & hominũ ſit eiuſdem ſpe-
ciei. ¶ SECVNDO pbo ꝙ eſſe illud co-
gnoſcibile ſe tenet ex parte obiecti. qa qua
ratione diuerſa ratio cognoſcibilitatis in ſe
& in alio poteſt accipi ex parte obiecti &
cauſare diuerſam ſcientiam ſpecie: compa-
rando theologiam noſtram naturalem ad
theologiam dei: eadem ratione diuerſa ra
tio cognoſcibilitatis in ſe & in alio poteſt
diſtinguere ſpecie theologiã uiatoris a the-
ologia ipſius dei. ſed certum eſt ꝙ theolo-
gia naturalis philoſophorum diſtinguitur
ſpecie a theologia per hoc ꝙ deus intelligi
tur a ſe ſecundum ꝙ ipſe eſt in ſeipſo: & a
philoſophis ſecundum ꝙ conuinci poteſt a
fantaſmatibus creaturarum & hec eſt mani
feſta diuerſitas ex parte obiecti. igit & theo
logia uiatoris diſtingui poteſt a theologia
dei. quia a uiatore intelligitur deus in alio
ſcilicet in doctrina ſacre ſcripture: a deo aũt
in ſeipſo: ita ꝙ iſta diuerſitas ſit ex pte obie
cti ut cogniti ut in ſe & ut ĩ alio. ¶ ITEM
quantumcunꝗ aliquid ſit intelligibile ſecundũ
ſe ſi tamen habeat aliquod eſſe cognoſcibi
le ſecundum ꝙ primo ipſum eſt cognoſcibi
le in potentia & poſtea in actu talis cogno
ſcibilitas ſe tenet ex parte obiecti. uerbi gra
ſi uniuerſalia eſſent ſeparata ſicut poſuit pla
to non indigeremus intellectu agente. quia
tamen quiditas eſt cõiuncta cum fantaſma
tibus: & ibi habet eſſe cognoſcibile in potẽ
tia & poſt ea fit ĩtelligibile in actu. dicimus
ꝙ iſta intelligibilitas ſe tenet ex parte fan-
taſmatis. quod ẽ obiectum: ſed cum hoc ꝙ
omnia que continent in theologia noſtra
ſint de ſe uera & intelligibilia: ut tamẽ ſunt
nobis cognoſcibilia ex ſacra ſcriptura: ſunt
prius nobis in potentia cognoſcibilia. quod
patet quia intellectus non ſtatim conſentit
eis. ſed poſt: ſunt actu cognita a nobis uel ĩ
lumine fidei uel altiori ſecundum aliquos:
ergo iſta cognoſcibilitas ſe tenet ex parte
obiecti. ¶ ITEM: habitus intellectuales

non ſolum ſunt inclinationes quibus po
tentie prompte exeunt in operationes:
ſicut eſt de naturalibus uel moralibus:
ſed etiam repreſentant ipſa obiecta quo
rum ſunt habitus: quod patet ſicut ſpe
cies ſuplent uicem obiecti: ſic habitus in
tellectuales; ſed cognoſcibilitas quam res
habet in ſuo repreſentatiuo eſt ſua co
gnoſcibilitas obiectiua. igitur cognoſci
bilitas quam theologia noſtra habet in
illo habitu qui uocatur ſacra ſcriptura eſt
ex parte obiecti. require declarationem
maiorem illarum rationum .vii.q. iſtius
primi libri articulo primo.

¶ SEQVITVR DE TERTIO
articulo quare magis dicitur quod deus
hic eſt ſubiectum ſub ratione qua eſt co
gnoſcibilis ex ſacra ſcriptura quam ut cre
dibilis cum nulla cognitio habeatur de
deo in theologia noſtra niſi per fidem.

¶ RESPONDEO QVOD Secun
dum aliquos doctores aliquod lumen ſci
entiale ponit & ideo loquor generaliter.

¶ ITEM POSITO QVOD SO
lum lumen fidei poneretur in iſta ſcien
tia. quia tamen multa traduntur in iſta
que cadunt ſub lumine naturali ſpeculati
uo & multa etiam ſub lumine fidei natu
rali ſpeculatiuo uel practico: cuiuſmodi
ſunt illa ſpecifica que per philoſophiam
poſſunt ſciri & que per fidem naturalem
poſſunt credi: ſicut multe hyſtorie. ſed
omnia illa traduntur hic ut conferentia
ad fidem & aliquando plura conſideran
tur in ſcientia non obſtante quod unum
ſit principalius & reliqua habeant attri
butionem ad ipſum. tunc illud principa
lius non dicitur eſſe formale obiectum:
ſed eſt principalius in obiecto ſolum. imo
aliquid commune eis dicitur ſubiectum
ſicut eſt in methaphiſica ideo dico quod
eſt ſubiectum hic ut cognoſcibilis ex ſa
cra ſcriptura. non autem dico quod ut cre
dibilis. Nota quod per hoc quod dico quod
deus eſt ſubiectum ut eſt cognoſcibilis in
lumine fidei uel quocunque alio lumine:
non intendo quod ratio ſubiectiua acci
piatur a lumine quod habet rationem
medii in quo: Sed accipitur ab eo quod
obiectiue ſplendet in tali lumine. ſicut di
co quod ſcientie quas naturaliter acquiri
mus non diſtinguuntur ſpecifice a ſcientia

noſtra ſupernaturali per lumen intelle
ctus agentis: ſed per diſtinctas rationes
ſuas obiectiuas ſecundum quas repreſen
tantur ut ſplendent in tali lumine.

¶ SED tunc occurrunt duo. ¶ PRI
MVM eſt quod omne cognoſcibile ex
ſacra ſcriptura non uidetur addere ſupra
deum niſi reſpectum rationis: ſicut enim
ex hoc quod ſumus glorificati cõcipimus
deum ut glorificatorem ita quod eſſe glo
rificatorem nihil addit circa deum niſi re
ſpectum rationis: ita ex quo cognoſcimus
deum ex ſacra ſcriptura imponimus deo
illud nomen: quod eſt cognoſcibile ex
ſacra ſcriptura: quod ſolum addit ſupra
ipſum: reſpectum rationis. Sed nullus re
ſpectus rationis ut arguimus contra opi
nionem de glorificatore poteſt eſſe for
malis ratio ſubiecti ſcientie realis. ergo.

¶ SECVNDVM EST: QVOD
tale eſſe cognoſcibile ex ſacra ſcriptura ui
detur quoddam accidẽtale additum deo
cognito: & ita ſubiectum eſt ens per acci
dens. ¶ AD PRIMVM dico quod eſ
ſe cognoſcibile ex ſcriptura non eſt reſpe
ctus rationis conſequens actum intelle
ctus noſtri impoſitus ab intellectu noſtro
quidquid ſit de reſpectu glorificatoris: ſed
eſt formalis ratio ſe tenens ex parte obie
cti. uerbi gratia. ratio entis dicit conceptũ
entis tranſcendentem: dicit etiam conce
ptum entis quodammodo limitatum ſci
licet conceptum entis ut poteſt conuinci
ex fantaſmatibus creaturarum qui eſt con
ceptus tranſcẽdẽs ad omnia que naturali
ter poſſumus cognoſcere: & tunc dico quod
non ſolũ formalis rõ entis eſt accepta ex
parte ipſius obiecti ſcilicet ipſius entis ſine
opere intellectus poſſibilis ſed etiã forma
lis rõ entis (ut conuincitur ex fantaſmatibus
creaturarum) accipitur ex parte obiecti. Ex
parte enim fantaſmatis creati eſt non ſo
lum & obiectiue repreſentet illud cuius ẽ
fantaſma. ſed etiam ipſum deũ ut põt cõ
uinci ex fantaſmatibus creaturarum. ſic in
propoſitio non ſolum abſoluta ratio dei
tatis accipitur ex parte ipſius obiecti. ſed
quando deus obiectiue relucet nobis co
gnoſcibis ex ſacra ſcriptura. quelibet ra
tio ſecundum quam conuincimus eius
cognitionem ex ſacra ſcriptura accipi
tur ex parte obiecti ut tamen in tali me

dio. Ad idem ē exemplum de linea ſimpliciter & linea uiſuali utraq; ratio illa conuenit linee ex parte ipſius linee licet diuerſimode.

¶ AD SECVNDVM DICO quod iſti duo conceptus ſcilicet conceptus importatus per hoc quod dico cognoſcibilis ex ſacra ſcriptura. Et conceptus dei poſſunt dupliciter conſiderari : uno modo ut omnino conceptus diſtincti & diſtinctorum non habentium attributionem ad inuicem. Aliomodo ut hoc quod dico cognoſcibile ex ſacra ſcriptura ſit differentia contrahens conceptum deitatis ad aliam conſiderationem ſpecialem: primo modo ſunt unum per accidens quia ſic non ſunt unum niſi in ſubiecto. ſcilicet in anima. Secundomodo ſunt unum per ſe ut puta conceptus corporis ſimpliciter dicti & conceptus mobilitatis ut ſūt duo diſtincti conceptus ſunt unum per accidens ut tamen mobile eſt differentia contrahens corpus ad conſiderationem phiſicam faciunt unum conceptum per ſe & iſte tertius modus eſt ad propoſitum. & ideo theologia eſt una per ſe.

¶ ET ITEM POTEST communiter dici de ſubiecto cuiuſlibet ſcientie. & & poteſt iſta diſtinctio declarari ſic. genus enim & differentia poſſunt dupliciter conſiderari. unomodo ut ſunt duo de quinq; uniuerſalibus: & ſic certum eſt quod non ſunt unum niſi per accidens. quia in eodem ſubiecto ſcilicet in anima. Alio modo ut differentia contrahit genus : & conſtituit ſpeciem & ſic utrumque trahit ad ſuam diſtinctionē & ueniunt in eſſentialem & per ſe compoſitionem tertii. ſcilicet ſpeciei. Et ratio quare genus & differentia faciunt unum per ſe patet per oppoſitum : licet enim accidens recipiatur in ſubiecto ut ſubiectum eſt in potentia ad ipſum. quia unumquodque recipit ſecundum quod eſt in potentia primo phiſicorū comēto ſexageſimo nono. uel. lxxviii. tamen non ſic eſt in potentia quod accidens adueniens trahat ſubiectum ad ſpeciem accidentis : imo ſubiectum manet infra propriam ſpeciem in actu poſt receptionem accidentis ſicut ante, homo enim quando fit non deſinit eſſe in actu : & fit homo in potentia. Sed quando differentia additur generi & cōſtituitur ſpecies : genus trahitur a proprio eſſe actuali per quod actu erat quidam conceptus diſtinctus contra conceptum differentie & incipit eſſe pars potentialis ſpeciei & differenita pars eſſentialis. ergo & cetera. Sic loquitur philoſophus octauo methaphiſice. textu comenti. xv. ubi querit qualiter diffinitio eſt una & dicit quod ſicut res diffinita ē una dicit ei quod non oportet querere quare res eſt una niſi quia iſta eſt materia illa forma : iſta potentia : illud uero actus ſic dicit de diffinitione quod eſt una quia differentia eſt actus genus uero potentia. Et ideo nota quod licet genus contineat differentias in potentia ſcilicet continentia potentiali tamen contractione ad ſpéciem eſt econtra. ſcilicet quod differentia eſt actus & genus potentia. ſicut materia prima continentia potētiali continet formas in potentia : quando tamen materia contrahitur ad certam ſpeciem tunc forma eſt actus materia uero potentia.

¶ SED ADHVC EST TERTIA dubitatio eſt unitate ſcientie quomodo theologia noſtra eſt una cum illa que traduntur in ſacra ſcriptura ualde diffuſe ibi traduntur & inuolute.

¶ RESPONDEO QVOD quemadmodū accidētia maximā ptē cōferunt ad cognoſcendū ꝙ qd eſt & hēnt attributionē ad ſubſtantiā & ultra ambo ſimul ſubſtātia & accidēs conferūt ad cognitionē entis in cōi. & pp illam attributionem quā habent in illo uno quod eſt ens cōe ideo methaphiſica eſt una ut probatur in principio q̄rti methaphiſice tex. cō. primi uſq; ad. viii. illa oīa que ſunt ueteris legis & noue conferunt ad cognitionem dei non ſub aliqua ſpeciali ratione preciſe uel ſub abſoluta ratione deitatis ſed conferūt ad cognitionē dei ut eſt ex ſacra ſcriptura cognoſcibilis propter quam unā rationē theologia noſtra ē una cū ſimili unitate ſicut methaphiſica. Ad maiorē huius declarationem premitto talem diſtinctionē ꝙ habitus cōmunis reſpectu obiecti cōis pt dupliciter conſiderari uel ut implicās. uel ut explicans. Quam diſtinctionem probo certū eſt ꝙ habitus reſpicit ſubiectum ſuū

cōmune ſub illa ratione ſub qua ſubiectum
cōmune continet ſua contenta in potentia
ſolum.qa ſi ſubiectum ſcientie cōmunis con
tineret in actu & diſtincte ea que conſidera
tur in ſcientia illa:tūc nunq̄ talis ſcientia cō
munis eſſet una quia ex pluribus in actu di
ſtinctis non fit per ſe unum : aut per ſe unus
habitus:ſed habitus continens plura in po
tentia continet illa implicite.igitur patet pri
mum membrum ꝙ eſt dare habitum cōmu
nem implicantem:ultra dico ꝙ ſi in ſcientia
cōmuni nulla ulterior cognitio haberet̃ niſi
quia cognoſceretur ſubiectum cōmune ut cō
tinet contenta ſua in potentia :tunc ſemper
talis ſcientia remaneret imperfecta : ſicut ha
bita cognitione que fit p habitum implican
tem oportet ulterius in eadem ſcientia ꝓce
dere ad propriam & diſtinctā cognitionem
cuiuſlibet contentoꝝ: ſicut apparet in phiſi
ca ꝙ primo habet̃ cognitio cōmunis de mo
tu in libro tertio & poſtea in.v.diſtinguntur
ſpecies motus:& in methaphiſica: in quarto
libro querit̃ ſcientia de ente cōi ſubſtātie &
accidenti & poſtea in.vii..tex.cōmenti.xiiii.
xv. diſtinguit phūs ſubſtantiam ab accidēte
oſtendens q̄ eſt propria diffinitio utriuſq;.&
ulterius in duodecimo tex.commenti.xxix.
inquirit inter omnes ſubſtantias que eſt pri
ma.& ulterius in eodem duodecimo .textu
cōmenti quinti uſq; ad tex.cō.xxix.inquirit
de propriis elementis cuiuſlibet generis:ſed
manifeſtum eſt ꝙ ſic inquirere de quolibet
contento ſub ſubiecto cōmuni q̄tum ad cu
iuſlibet ꝓpriam rationem & diſtinctā hoc ē
explicare ea que in ſubiecto & habitu com
muni erant implicita & implicata.patet ſe
cundum membrum . ſ.ꝙ eſt dare habitum
explicantem:Ex hoc arguo propoſitum ſic
ad unitatem ſcientie communis non ſo
lum requiritur ꝙ illa ſcientia ſit una ut ē ha
bitus implicans ſed cum unitate eius ſtat ꝙ
ſit habitus explicans. ita tamen ꝙ illa ex
plicatio contentorum ſub ſubiecto commu
ni fiat in attributione ad ſubiectum cōmu
ne:ut patet de methaphiſica . Sed theolo
gia noſtra ut eſt circa deum ut eſt cogno
ſcibilis nobis ex ſacra ſcriptura ſic eſt habi
tus communis implicans ſolum:ut ſic enim
continet conſiderata in ſacra ſcriptura in
potentia ſolum:ut uero cōſiderat contenta
ſua diffuſe in propriis rationibus . in attri
butione tamen ad deum quatenus ipſum
ex ſacra ſcriptura cognoſcimus . Sic eſt ha
bitus explicans. ergo theologia noſtra ſuo
modo poteſt eſſe una ſcientia ſicut alie ſciē
tie communes licet forte non omnibus eiſ
dem modis unitatis ſiuit alie:nec hoc requi
ritur ¶ SEQ VITVR .de quinto articu
lo ubi apparet expreſſe ꝙ omnia argumēta
ſcoti aureoli:& aliorum doctorum proban
tia deum eſſe ſubiectū ſub abſoluta ratione
deitatis uel eſſentie: uel ſub ratione infini
ti:procedunt ex inſufficienti.cum enim di
cit ſcotus ꝙ illud eſt ſubiectū quod eſt pri
mo notum nobis & ꝙ ex perfectione ſua
continet & cetera. & cum dicit aureolus ꝙ
illa eſt ratio ſubiecti que eſt per ſe ratio me
dians per quam omnia attribuuntur ſub
iecto .Dico ꝙ plus requiritur. ſ.ꝙ habeat
rationem cōmenſuratam habitui non exce
dentem habitum:talis autem ſola eſt illa ra
tio deitatis per quam eſt cognoſcibilis ex ſa
cra ſcriptura: ¶ PER illud unicum uerbū
reſpondetur ad omnia argumenta ſua: etiā
ad ea que probant deum ſub abſoluta ratio
ne deitatis. ¶ AD illam de glorificatoī &
ad omnes alias probantes rationes partia
les.Patet per idem.quia obiectum in ſcien
tia debet ſic cōmenſurari ꝙ extendat ſe ad
omnia & non ſolum ꝙ non excedat:ſed ta
lis eſt deus ut cognoſcibilis ex ſacra ſcriptu
ra ut probat tertium argumentum ſupra.no
ta ꝙ in hoc peccabant omnes alie opinio
nes que ponebant obiectum excedere habi
tum uel in hoc ꝙ obiectum nō extendebat
ſe ad terminum ſicut habitus.

VTrum ſi theologia eſſet ſcīa ꝓ
prie dicta poſſet ſtare cū habi
tu fidei & actu : & hoc ſi ineui
dentia ſit de eſſentia fidei : ꝙ
nō.quia repugnant. Cōtra.iſta
repugnātia nō eſt ſecūdū idē. ¶ HIC.iiii.
pr̄io ponetur opinio que dicit ꝙ habitus fi
dei poſſit ſtare cū habitu glorie. Secundo il
la que dicit ꝙ actus poſſet ſtare cum actu nō
ſolum credendi ſed etiā uidendi:& hoc qa
in euidentia non eſt de eſſentia fidei . Ter
tio illa que dicit ꝙ actus poſſet ſtare cū actu
& habitus cū habitu etiā ſi in euidentia ſit
de eſſentia fidei.Quarto dupliciṫ cōtra pre
miſſa.q̄re iſtā queſtionem libro.iii.di.xxiiii.

VTRVM habitus noſter theo
logicus qui eſt uirtus ĩtellectua
lis ſit formaliter relatio uel ſal
tem formaliter relatiuum.quia
difficultas in iſta materia ortũ
hẽt principaliter a.vii.phiſicoꝝ.ideo hoc or
dine ꝑcedam.vi.faciendo primo oſtendam
ꝙ proceſſus ari.cõcludit ꝙ uirtus eſt pura re
latio.Secundo ꝙ concludit ꝙ ſit formaliter
abſtractum.Tertio ꝙ cõcludit ꝙ ſit formali
ter relatiuum.Quarto ponã rationes aliquo
rum qui uolunt euacuare illas contradictio
nes per hoc ꝙ ariſto.in hoc ꝓceſſu non loq
tur ad rem ſed ꝓcedit famoſe & ſecundum
opinionem aliorum & hoc reprobabo.Quĩ
to ponã alias rationes alioꝝ qui bene cõce
dũt ꝙ loquit̃ ad rẽ ſed nolũt euacuare iſtas.
cõtradictiones ſaltem duas & contra arguã
Sexto tenebo ꝙ loquitur ad rem & euacua
bo omnes tres contradictiões quere iſtĩ que
ſtionem li.iii.di.xxxiii.

Trũ intuitiua cognitio dei poſſit
u ꝓbari demõſtratiue formalr̃ ĩpoſſi
bilis theologo uiatori lib.ii.d.iiii.
articulo.iii.

VTRVM theologia noſtra poſ
ſit eſſe tertia ſpecies inter habi
tus intellectuales ita ꝙ ſpecifice
diſtinguat̃ a practica & ſpecula
tiua.ꝙ non.ii.metha.tex.cõ.iiii.
&.vi.metha.tex.cõmenti primi & ſecundi.
p.diſtinguit huius habitus intellectuales in
practicum & ſpeculatiuũ. ¶ CONTRA
vi.ethi.capitulo quinto ponit unum habitũ
compoſitum ex duobus ſpecifice diſtingui
ab eis.Hic.v.primo unde practica diſtingua
tur a ſpeculatiua.Secundo oſtendet̃ quid eſt
praxis & cuius potentie primo.Tertio ad ꝓ
poſitum an theologia ſit practica uel ſpecu
latiua.Quarto utrum principalior ſit practi
ca aut ſpeculatiua.Quinto an nec ſit hec nec
illa:ſed tertia ſpecies diſtincta.Ad primũ põ
derant aliqui multum utrum diſtinguantur
a fine uel ab obiecto :Sed de hoc nõ habeo
difficultatem quia idem eſt. quod patet . qa
hoc ymaginantes:ymaginãtur ꝙ alia ſit ra-
tio finis & alia ratio obiectiua :hoc falſum ĩ
practicis:formalis enim ratio finis ẽ ratio bo
ni.ii.metha.de hoc di.i.q.ii.Sed hec eſt ratõ
formalis obiecti praxis ergo.probo.ii. ethi-
corum capitulo ſecundo. Scientia moralis ẽ
non ut ſciamus ſed ut boni fiamus.Item ſe-
cundo ethi.cap.quinto.uirtus eſt que haben
tem perficit & opus eius bonum reddit . Itẽ
cõmentator ponit ꝙ ſubiectũ ſcientie mora
lis eſt melioratio totius hoĩs. ¶ DICES er
go moralis eſt ſcientia affectiua . Rñdeo ꝙ
non eſt circa bonum ſic:ꝙ intendat principa
liter affectionem boni ſed principalis inten
dit operari bonum ut dicunt auctoritates ꝑ
allegate & hoc ſecundum ꝙ recta ratio dic-
tat :habitus autem ratiocinatiuus & operati
uus boni uocatur practicus proprie . quare
& cetera. ¶ PROCEDO ergo aliter ad
uidendum unde ſcientia dicit̃ practica. Vbĩ
ſciendum eſt ꝙ in ſcientia practica iſta ſe ha
bent per ordinem.Primum eſt:ꝙ ipſe habi
tus practicus eſt ratio & noticia de cauſis.ita
tamen ꝙ illa ratiocinatio ẽ preciſe propter
agere non propter ſcire.De hoc dicit philo
ſophus & cõmentator ſecũdo metha.cõmẽ
to.ix.eandem litterã habentes . Scĩetia ope
ratiua quãuis utatur ratiocinatione & ſpecu
letur de cauſis:tamen non eſt digna uocari
ſpeculatiua ſcientia.quia non ſpeculatur de
cauſis rerum & diffinitiõibus earum niſi ut
ſcientes eam:agant.Secundum eſt dictatio
actualis ipſius intellectus.qui precipit fugere
uel imitari.& hec eſt prima praxis.ideſt ope
ratio practica.Tertio in ordine:ẽ electio uo
luntatis Et quarto ſequitur actus imperatus
quo uoluntas imperat proſequi dictatum .
¶ EST VLTERIVS ſciendum quod
due prime conditiones ſcilicet ꝙ habitus
practicus ſit habitus ratiocinatiuus: & quod
illa ratiocinatio habitualis ſit propter face-
re & agere ſunt conditiones per ſe integran
tes ꝗditatiuã rationem habitus practici . ita
ꝙ actualis dictatio intellectus & electio uo
luntatis aut imperium.non pertinent ad ꝗ
ditatem habitus practici:ſed ſolum conſe-
quũtur.Et hoc probatur ſic.Certũ eſt ꝙ ars
edificatiua & etiam prudentia ſunt habitus
practici.Sed phũs.vi.ethi.c.quinto nõ põit
dictationem actualem rationis.de imitabilĩ
uel fugibili.nec electionem uolũtatis aut im
perium in diffinitione earum eque. ſed ſolũ
modo ratiocinationem habitualem & facti
uitatem ſiue operatiuitatem.ergo ratiocina
tio & factiuitas ſolum integrant ratõnem ꝗ
ditatiuam habitus practici . & non dictatio
actualis & electio aut imperium.Probat̃ mi
nor.ait enim ſic.Edificatiua ars quedam eſt
& habitus cum ratione factiuus. Et addit ꝙ

iſta conuertūť eſſe cum ratione & eē habitū
cum ratione factiuum dicens . & neqꝫ nulla
ars eſt que cum ratione factiuus habitus eſt.
neqꝫ talis que non eſt ars. Idem utiqꝫ eſt ars
& habitus cum ratione factiuus. Infra idem
dicit de prudentia ſic. Neceſſe eſt prudentiā
habitum eſſe cum ratiōe circa humana ope
ratiuum . ¶ ITEM ſexto ethicorum ante
medium. prudentia eſt circa humana & de q
bus eſt conſiliari. Infra expreſſe diſtinguit ꝙ
prudentia: alia conſiliatiua : alia iudicatiua .
Sed in aliquo priori eſt ratio conſiliatiua q̄
fit dictatio uel electio: ergo tota ſupra habi
tus practici precedit dictationem & electio-
nem. & hoc determinat commentator ex in
tentione ſcilicet ꝙ habitus practicus non in
cludit actum ſiue operationem commento.
xxxii. ſexto ethicorum dicens ſic . Aliud eſt
practica .i. actiua & aliud praxis .i. actio ſiue
actus: & aliud factiua: & aliud factio: practi-
ca enim & factiua habituum: nomina: actio
autem & factio operationem. ideſt motio-
nem ab habitibus. ¶ SEQVITVR de
ſecundo articulo ubi ulterius ad punctum q̄
ſtionis dico ꝙ praxis eſt operatio intellectus
mediante habitu practico ita ꝙ ad quidita-
tem praxis non pertinet alia operatio uolū
tatis nec elicita: nec imperata. Vbi primo cō
ſiderandum ꝙ ſicut habitus practicus diſtin
guitur cōtra habitum ſpeculatiuum per hoc
ꝙ generaliter ē circa ſcibile operabile: & ſpe
culatiuus circa ſcibile preciſe: ita ꝓportiona
liter operatio practica que uocatur praxis ac
cipitur pro omni operatione itellectus quo
intellectus conſiderat ſcibilia ut operabilia.
& quia iſto modo loquēdo inuenimus mul
tos actus in intellectu qui ſunt quedam ope
rationes quomodo circa factibilia & opera
bilia nos debemus habere ſicut ſunt cōſilia
ri: ordinari: finaliter precipere & dictaŕ. & hu
iuſmodi . omnes autem tales actus practici
hoc habent commune in quo diſtinguntur
contra ſcire: quod eſt ſpeculari & fugibili qđ
nō facit ſcire ſpeculatiuum. Ideo dico quod
praxis eſt operatio intellectus que dicit quid
agendum: quid fugiendum. ¶ SECVN-
DO deſcendendo ad propoſitum probo ꝙ
ad quiditatem praxis proprie dicte non per
tinet aliqua operatio uoluntatis . nec elicita
nec imperata. Primo quia quod ē preter om
nem actum uoluntatis habet quiditatem ſu
am excluſo omni actu uoluntatis: ſed ſic di-
citur hic ergo & cete. Minor patet. ii. metha.
textu commenti quarti . phi. ait ſic. ſcientia
operatiua q̄uis utatur ratiocinatione: & cete
ra: tamen non perſcrutatur de cauſis rerum
niſi ut ſcientes eam agant. Ecce hic loquitur
de operatione practica quam uocat ratioci-
nationem ſecundum quam ſcientes agunt
& nulla mentio eſt hic de uolūtate & ſic pa
tet minor. ¶ ITEM hoc patet ex. vi. me-
thaphiſice. tex. cōmenti. primi & ſecūdi ubi
ariſtotiles ſtricte diſtinguit habitus intelle-
ctuales: & ſexto ethicorum quinto habitus
ſpeculatiuus & practicus ſunt duo habitus
intellectuales. ſed nunq̄ poſuit ariſtoti . ha-
bitum intellectualem niſi ſibi correſpon-
deret operatio intellectualis . ergo praxis
eſt operatio quiditatiua intellectualis ſicut
& ſpeculari . Minor patet uniuerſaliter in
ducendo per omnes habitus intellectuales
ſexto ethicorum ſapientia dicit uerum circa
principia : ſcientia circa concluſiones : pru-
dentia dirigit circa operabilia: patet & a ſi-
mili quia nunq̄ ariſto. poſuit uirtutem mo
ralem niſi ſibi correſpondere t operatio mo
ralis. nec naturalem niſi &c. & ſic de ſingu-
lis. Hoc clare cōfirmatur. iii. de aīa. tex. cō.
xlix. ubi ariſto. diſtinguit intellectum practi
cum a ſpeculatiuo & dicit ꝙ differt practi-
cus a ſpeculatiuo fine: & ſtatim exponit ſe
quia praticus dicit aliquid de imitabili &
fugibili. ergo expreſſe ſe exponit ꝙ praxis
eſt operatio intellectus que eſt dictatio .
¶ DICVNT. tamen aliq ut ſcotus cōtra
rium. ponentes ꝙ praxis eſt actus uolunta-
tis. unde ſic diffiniunt praxim libro primo
in prologo. q. de praxi. Praxis eſt actus alte-
rius potentie naturaliter poſterior intelle-
ctione: natus conformiter elici recte rationi
ad hoc ꝙ ſit rectus . Quod autem ſit actus
poſterioris potentie ſcilicet uoluntatis: pro
bant ſic. praxis eſt actus ad quem intellectus
extendit ſe extra ſe. ſecundum illud . iii. de
anima C. de mouente: intellectus extenſio
ne fit practicus: ſed nulla eſt extenſio intel-
lectus ad aliquid extra niſi ut actus eius re-
ſpicit actum alterius potentie ſcilicet uolun
tatis . ergo & cetera . ¶ SECVNDO
ſic . Praxis eſt actus qui eſt in poteſtate co-
gnoſcentis ſexto ethicorum qa artifex eget
uirtute ad recte agendum : non autem eget
uirtute reſpectu illius actus qui non eſt in
poteſtate ſua: ſed nichil eſt tantum in pote

ſtate noſtra ſicut illud quod eſt in poteſtate
uoluntatis.ergo actus uolũtatis elicitus uel
imperatus eſt praxis.Reſpondeo & dico ad
primum quando accipitur ꝙ intellectus.ex
tenſione fit practicus.ꝙ ariſto. non habet il
lum textum . uel da ꝙ haberet ibi exponit
ſe ipſum ꝙ illa extenſio debet eſſe reſpectu
obiecti circa quod eſt:non reſpectu uolun-
tatis.unde non uult plus ibi niſi ꝙ intelle-
ctus ex hoc ꝙ tendit in obiectum abſolute
in ratione ſcibilis ex hoc preciſe eſt ſpecula
tiuus.ex hoc autem ꝙ tendit in obiectum
conſiderando ipſum ut applicabile ad opus
dictando quid imitandum & quid fugien-
dum tali extenſione fit practicus & ita pra-
xis completur omnino in intellectu.

¶ AD aliud quando dicitur ꝙ prima pra
xis eſt operatio que eſt in poteſtate noſtra.
Dico ꝙ dictare de operabili qd conueniens
& quid diſconueniens maxime eſt in pote-
ſtate intellectus.Et propter alias auctorita-
tes ariſto. & comentatoris. iii.de a.& ſexto
methaphiſice & ſexto ethicorum que di-
cunt ꝙ uoluntas eſt primum principium ar
tificialium & operabilium & ita uidentur
dicere ꝙ prima praxis eſt in uoluntate.

¶ DICO eſſe intelligendum ꝙ dupliciter
facit uoluntas ad praxim.uno modo antece
denter & diſpoſitiue & hoc eſt in generatio
ne ipſius puta quando uoluntas imperat in
tellectui ut dictet aliquid ꝙ ſit faciendum:

¶ ALIO mõ cõſequẽter & executiue pu
ta qñ imperat aut eligit proſecutionem eius
qd dictatũ eſt.tunc dico ꝙ uerum eſt.ꝙ iſtos
duos actus uoluntatis attribuit.p.praxi. Se-
cũdo dico ꝙ neuter ptinet ad quiditatẽ pra
xis.ꝙ non primus:probo:qa multa ſunt ne
ceſſario requiſita ad generationẽ alicuius ha
bitus uel actus.& tñ nõ ptinent ad eorũ qui
ditatẽ.Exemplũ. Actus ſenſuũ interiorũ &
exteriorũ & ẽt intellectus agentis faciunt ad
generationẽ habituũ uel actuũ qui ſunt ĩ in
tellectu poſſibili.& tamen actus eorũ nõ pti
nẽt ad ĩtrinſecã quiditatẽ habituũ uel actuũ
qui ſunt ĩ intellectu poſſibili.ſic in ꝓpoſito.
Scdo ſpecialiter.quia habito qd nominis de
aliquo:nũq̃ queritur quid diſſinitionis ĩ qua
cũq; ſcientia ſpeculatiua niſi ad imperiũ uo
luntatis.Si igitur ex tali cõcurſu imperii uo
luntatis uis arguere ꝙ actus ſequens ſit pra-
xis quiditatiue ſequitur ꝙ omnis actus ſpe-
culatiuus ſit quiditatiue practicus. quod eſt
falſum. Scdm probatᷣ p ſextũ ethy:capi.iii.
ubi ariſtoteles dicit qd ẽ in mẽte affirmatio
& negatio hoc in appetitu proſecutio.& fu
ga.Tunc arguo.Hic diſtinguit philoſo.affir
mationẽ & negationem in intellectu practi
co:contra proſecutionem imperatã a uolun
tate:Sed talis actualis dictatio eſt quiditati-
ue praxis ut ſupra probatum eſt: igitur.&c.
Secũdo probatur:p hoc ꝙ tñ philoſophus:
vi.ethic.a.commẽto.ii. ſemp determinat
ꝙ ĩtellectus practicus ẽ qui affirmat aliqd &
negat.Finaliter cõ.xxi.cõcludit. Sunt utiq;
qbus uerũ dicit aĩa affirmando & negãdo:
quinq; ſunt ſecũdũ numerũ.Ars ſcientia pru
dẽtia:ſapiẽtia:ĩtellectus. Sed iſta epilogatio
nõ ualeret niſi ĩ intellectu preciſe conclude
ret praxim.quia iſti quinq; habitus ſunt ĩtel
lectuales.ergo.&c. ¶ ITEM hoc clariſſi-
me probatur per diffinitionẽ praxis que eſt
hec.primo ethi.cõmento prĩo.Praxis ꝙ con
ſueuerũt trãſferre in actum eſt ſecundum ele
ctionem hominis euergeya.ideſt operatio.
Sed ut probabo: tota iſta diffinitio praxis
completur in intellectu ante omnem motũ
ſiue impetum aut proſecutionem uolunta-
tis.ergo imperare proſecutionem nõ ptinet
ad eẽntiam praxis.Probatio minoris. Vult
enim cõmentator ꝙ praxis & euergeya cõ
muniter accepte ſunt idem.Sed praxis ſpe-
cialiter addit ſuper euergeyam ꝙ eſt opera
tio ſecundum electionem.ita ꝙ per electio
nem diſtinguitᷣ praxis ab euergeya. Sed iſtã
electionem ponit preciſe conſiſtere in iudi
cio & dictamine ratiõis:ergo.& cetera. Vn
de ait ſic.Electio uero eſt de duobus propo
ſitis iudicium hominis hoc pre altero pre-
ponens.Ecce propoſitum.Et ſubditur in cõ
mento.Sequitur autem poſt electionẽ mo
tus & impetus ad actum.Ecce imperium uo
luntatis.de proſecutione ſequitur praxim:
Adhuc ſubditur.Deinde ſequitur uſus.&
ſic ceſſat appetitus. ¶ VNDE hic eſt no-
tandum propter cõmunem fantaſiam ho-
minum ꝙ homines cõmuniter ymaginan
tur ꝙ electio omnino pertineat ad uolun-
tatem.& quia praxis habet in diffinitione
ſua electionem:ꝙ ideo praxis ſit actus uo-
luntatis. ¶ QVIBVS reſpondendum
eſt ꝙ electio eſt duplex.Vna in ratione ſe-
cundũ quã intellectus habet iudicare quid
alteri ẽ preponendũ.Alia in uoluntate ſecũ
dum quam uoluntas habet mouere aut im

pellere:ſiue imperare de proſecutione eius
quod iudicatum eſt. ¶ PRIMA ponit᷑ ut
hic patet in diffinitione praxis tanq̄ differē
tia eius ſpecifica per quam ab euergeya di-
ſtinguitur quod eſt genus ſiue operatio Icō
muni. Secunda uero ſequitur praxim ut hic
etiam dictum eſt: & ex hoc ſequitur ꝙ ele-
ctio uoluntatis ſolum eſt practica per partici
pationem. Quod etiam ſic poteſt declarari
quia ad hoc ꝙ uoluntas recte eligat & recte
imperet proſecutionem eius ꝙ dictatum
eſt non plus requiritur niſi ꝙ ſit rationalis ꝑ
participationem: ſufficit enim ꝙ talis appe-
titus ſit bene cōſiliatiuus. uñ ibidem ſequit᷑
in textu: electio aut appetitus conſiliatiuus:
oportet ꝓpter hoc rationem quidā uerā eē
& appetitū rectum. ſi quidem electio ſtudio
ſa hanc quidā differentie hanc āt ꝓſeq. Sed
per aduerſarios actus uoluntatis talis eſt pra
xis ſiue ſit actus uoluntatis elicitus ſiue im-
peratus. ut dicūt. q. de praxi. arti. i. ergo actus
uoluntatis ſiue elicitus ſiue imperatus que
facit ad proſecutionem eſt practicus per par
ticipationem. Sed quod eſt per participatio
nem non eſt per eſſentiam tale: igitur actus
uoluntatis qui ſunt in habitudine ad proſe
cutionem non ſunt praxis eſſentialiter ſed
quidam prior per eſſentiam que eſt in intel
lectu. ¶ DICO. tamen. actus exterior qui
eſt proſecutio nō eſt praxis. ſed quidam mo
tus localis: ergo ſolum actus iſte aīe poterit
eſſe praxis: ergo actus iſte aīe qui eſt princi-
pium talis proſecutionis principalius debet
eſſe praxis: talis eſt uoluntas. Reſpondeo ꝙ
uoluntas poteſt comparari ad intellectum
dupliciter. Vnomodo ſecūdum ꝙ in libera
uoluntatis poteſtate eſt eligere aut proſequi
quod per rationem dictatum ē. Aliomodo
ſecundum ꝙ uoluntas in proſequendo ſi ſit
recta nata ē participare ab actu intellectiuo
quandam denominationem extrinſecam.
ut puta ꝙ dicatur rationalis: uel conſiderati
uus: uel practicus. Primo modo dico ꝙ ab-
ſolute loquendo uoluntas eſt principalius
agens reſpectu proſecutionis. Non ſequitur
tamen ꝙ eſt principalius agens practicum
reſpectu proſecutionis. De agente autem
practico eſt noſtra difficultas. ergo nichil ad
propoſitum. Sicut non ſequitur. uoluntas
eſt principale agens reſpectu actus artifici-
ati ut domus: ergo eſt principale agens ra-
tionale. Quod non ſequatur clare patet.

quia eſſe tale per denominationem extrin
ſecam eſt eſſe tale per participationem. Sed
ab eſſe participatiue ad eſſe tale ſimpliciter
cōmittit᷑ fallacia ſecundum quid ad ſimpli-
citer. Eſt ergo quedam noua opinio concor
dans: que dicit ꝙ dirigere de quo certum ē
ꝙ pertinet ad intellectum & arguit habi-
tum eſſe practicum. & ita uult ꝙ tale diri-
gere ſit praxis. Sed iſta opinio excedit ad tā
tum ꝙ dicit ꝙ logica utens & dirigens alias
ſcientias ſpeculatiuas eſt practica. Quod ſic
probat. quia logica licet ſit ſpeculatiua in
quantum docens. ſcilicet ut docet preciſe ar
guere & reſpondere. ſcilicet ſillogizando
tamen in q̄tum logica eſt inſtrumentū aliis
ſcientiis ut in forma ſillogiſtica arguatur ſic
uocatur utens: quia ut ſic dirigit artificem
tantum. Sed dirigere eſt proprius actus pra
ctice: ergo. &c. ¶ ITEM ſcientia faciens
ſuum obiectum eſt practica. Sed logica facit
intentiones ſecundas: & ſecunde intentiōes
ſunt ſubiectum ut aduerſarii dicunt ſeu obie
ctum logice: ergo. &c. ¶ ITEM ſcientia
que non eſt propter ſcire ſed propter opera
ri eſt practica. ſed logica ad hoc ē ut artificia
liter faciamus ſillogiſmos: ergo logica ē pra
ctica: ¶ CONTRA iſtam arguo q̄tum
ad illud quod dictum eſt de logica. ſic. Pra-
cticum diſtinguitur a ſpeculatiuo per dirige
re ad operationem. Hoc patet. ii. & . vi. me-
tha. & per cōmentatorem in utroq;. & per
auicēnam in principio metha. ſue. & alga-
zelem ibi. & per phm̄. ii. ethi. Sed logica nō
dirigit ad opus aliquod ſed ad ſpeculatio-
nem: ergo logica dirigens ſeu utens non eſt
practica. Minor patet. quia logicus non ope
ratur utiliter aut diſcrete per logicam ſuam
Sed per logicam habemus formam ad de-
monſtrandum in omni ſcientia. ¶ CON
FIRMATVR ratio. tu dicis ꝙ eſt practi-
ca quia dirigit. ergo eadem ratione eſt ſpe-
culatiua: ſi dirigat ad cognitionem ſpecula
tiuam. Sed logica dirigit ad ſciendū uerita-
tes ſpeculatiuas mathe. phiſicas: & metha-
phi. ergo eſt ſpeculatiua. Iſtam rationem de
claro contra cauillationem aliquorum. Cer
tum eſt ꝙ politica habet ordinare de ſcien-
tiis ſpeculatiuis Habet enim ordinare ꝙ ali
q̄ I ciuitate ītēdāt gramatice: & aliq̄ aſtrono
mie: & aliis ſciētiis ſpeculatiuis & tn̄ hoc nō
obſtāte politica ē practica. Sed ratio eſt quia
licet politica habeat uſum ſuum in ordine

ad talem ſpeculatiõem qa tamẽ nõ intẽdit
principaliter talẽ ſpeculatiouem: ſed totum
facit ꝑpter bonũ regimẽ ciuitatis: qđ decet
uiros expertos ĩ omni arte ideo eſt practiea
ergo a contrario cum logica uertens habeat
uſum ſuum in ſcientiis ſpeculatiuis . ad hoc
ut artificialiter in ſcientiis ſpeculatiuis & in
modo & figura arguamus.ita tamen ꝙ ſpe
culari & ſcire principaliter intenditur ſequit̃
ꝙ logica utens eſt ſpeculatiua . ¶ AD ar-
gumenta aliorum:uerum eſt ꝙ habitus diri
gens & utens Et faciẽs obiectum.ſ. quod ẽ
opus:eſt practicus:qui autem dirigit ad ſpe
culationem & facit obiectum ineſſe ſpecu
latiuo ſolum:cuius operatio eſt ſpeculari nõ
ẽ practicus: ¶ PRIMI TAMEN reſpon
dent ꝙ habitus dicitur ſimpliciter practicus
ex dirige re.dirigere autem ſic uel aliter pu
ta ad ſpeculationem uel operationem hoc
accidit ſibi:quia igitur logica ut utens eſt di
rectiua ideo ſimpliciter eſt practica: licet per
accidens ſit ſpeculatiua.Hoc probant dupli
citer quia aduerſarii concedunt ꝙ habitus ĩ
tellectuales ĩmediate & ſufficiẽter diuidunt̃
ꝑ practicum & ſpeculatiuum:ſed cũ dico lo
gica utens & dirigens hic logica ſuphabun
dat ſibi ipſi ut eſt docens quadã dñia.ſ.per di
rigere .ergo dirigere illud cõſtituit ſpeciem
practici. ¶ ITEM una ſcia poteſt admini
culari alteri dupliciter:aut qa ipſa tradit alte
ri aliquas ꝓpoſitiones ex qbus arguit ut me
thaphiſicus multas ꝓpoſitiões accipit a phi
ſico:aut qa non ſolum tradit aliquas propo
ſitiões methaphiſico:ſed qñ methaphiſicus
demonſtrat aliam concluſionẽ methaphiſi
cam:logica coagit illi qa methaphiſicus per
logicam quã habet:arguit in forma & in fi-
gura.ſed arguere in forma & in figura eſt ꝓ
prium logice:tunc ſic:ſcia que ẽ inſtrumentũ
alterius & directiua non ſolũ qa tradit ſibi
materiam ſeđ qa coagit illi:illa uidet̃ eſſe ꝓ
prie practica.qa ex quo habet operationem
reſpectu alterius:licet non opationem meca
nicam ut edificatiuã aut ſutoriam ipſa cadit
a ſcia ſpeculatiua:ſed logica utẽs ẽ huiuſmo
di ut dictũ eſt.ergo&ce. ¶ ITEM impoſſi
bile ẽ ꝙ aliqua ſcia ſit bis ſpeculatiua : ſicut
impoſſibile ẽ ꝙ animal ſit bis aĩal:ſed ſi lo-
gica docens ſit ſpeculatiua & utens etiã que
dirigit ad cognitõnẽ ueritatis ſit ſpeculatiua
ergo ẽ bis ſpeculatiua.Sed uidet̃ michi ꝙ iſti
procedũt ex falſa ymaginatione . ymaginãt̃

enim ꝙ dirigere ſimpli iter & abſolute acce
ptũ pertineret ad habitũ practicũ ꝙ falſum ẽ
quia nullũ commune ingtum habitus ẽ de
terminatũ ad aliquid ſuoꝶ contentorũ:hec
eſt per ſe nota.ſed dirigere eſt cõmune ad di
rigere ad ſpeculationem ueritatis, & ad diri
gere ad operationem bonam:prudentia enĩ
dirigit ad operationem,& ars ſillogizãdi ad
ſpeculationem :igitur dirigere abſolute acce
ptum ad neutrum ſe determinat :igitur diri
gere non pertinet preciſe ad habitum practi
cum: Sed dirigere ad operationem bonam
pertinet ad habitum practicum: & dirigere
ad cognitionem ueritatis pertinet ad habi-
tum ſpeculatiuum. ¶ HOC etiam patet ꝑ
declarationem quam premiſi de politica .
¶ AD hoc commentator.i.ethi.cõmento
primo loquens de directione practica que fa
cit uoluntatem eligere conformiter recte ra
tioni & ſic eſſe practicum ꝑ participatiõem
dicit ſic.congruit utiq3 hoĩbus rõnalibus exi
ſtentibus & in rõne maxime pfectionem ha
bẽtibus rõnem habeĩ & ſpeculationẽ ubiq3
& ſemp preuias & duces actuum & electio-
nũ qa & ſic ſolũ erit eis ſecũdũ actum & ele
ctionẽ directio rõne preduce & lumẽ eis co
gnitiõis boni & optimi accendẽte: nota ꝙ
directio practica ẽ bõi & optimi. Per hoc pa
tet ad iſta tria ultima qñ dĩ dirigere ſup ha
bũdat ſupra ſcire ĩtelligere ſpeculatiue. dico
ꝙ ſuphabũdat ſibi ſicut illud qđ ẽ cõmune
habitui practico & ſpeculatiuo:ſed illud qđ
ſuperhabundat alicui ſicut cõmune ꝑdicabi
le ſibi & aliis non facit ſpeciem diſtinctã cõ
tra ipſum ideo &c. ¶ AD aliud quando di
citur adminiculat̃ ſicut coagens : dico ꝙ ex
hoc ꝙ aliquid dirigit ſicut coagens abſolu-
te loquendo:nõ habetur ꝙ ſit practicũ : ſed
preciſe ex dirigere ſic.ſ.ad operationẽ & nõ
ad ſpeculationẽ. ¶ AD tertiũ dico ꝙ li bis
poteſt dupliciter accipi uel ꝙ dicat reduppli
cationem eiuſdem rationis formalis eodem
modo ſumpte.puta ꝙ hõ bis ſit aĩal ꝑ ean-
dem rationẽ aĩalitatis dupplicatam in eo &
hoc eſſet incõueniens & fruſtra . Aliomõ ꝙ
dicat duplicationẽ eiuſdẽ rationis formalis
diuerſimode ſumpte ut ꝙ homo eſſet aĩal
quia ſbã animata ſenſibilis & quia aĩal rõna
le.uel ꝙ magis eſt ad propoſitũ ꝙ eadem ra
tio formalis animalis poſſet eſſe ſpeculati
ua logice & methaphiſice & iſtomõ nõ eſt
inconueniẽs:& iſte modus eſt ad ꝓpoſitum

qa logica eſt quidã habitus ſpeculatiuus ſed bis.i.etiam diuerſimode ſpeculatiuus.s.ut I ſe & docens & ut inſtrumentũ alterius ſcientie & utẽs. ¶ SEQVITVR de.iii.arti. ubi dicit qdã ut thomas & henricus ꝙ theologia ẽ ſimpliciter ſpeculatiua: ſecũdario practica.qa ſpeculatio ſimpliciter a primo & p ſe obiecto.ſed alia a ſecundario:& per ſe.primũ enl obiectũ iſtius ſcientie eſt ſpeculabile s.deus:& ſecundarium eſt opus ergo &c.

¶ CONTRA hoc ꝓbãt alii ut hẽricus: ꝙ eſt ſimpliciter ſpeculatiua:& hoc probant ſic.iſta ſciẽtia nõ dicitͣ practica niſi qa determinat de moribus uel qa ad amorẽ dei ordinatͣ:uel quia ordinatur ad cõiungendum nos ultimo fini:ſed hec nõ dant ſciẽtie praxim.ergo &c.minor ꝓbatur:quo ad primũ: qa qd determinat de moribus & iſtruit ibi nõ ſiſtet neq; ibi ẽ ſuus finis principalis:Sed magis huius finis principalis ẽ ſpeculatio ueri:magis enim in hac ſcientia eſt operatio boni p ſpeculationẽ ueri q̃ econuerſo: Operatio enim boni eſt ut ſeruietͣ oculus mentis ad uidendũ deũ.ut dicit augus. in ſermone de iacob & eſau: Nec ſecundo iſta ſciã ẽ practica:qa ordinatur ad amorẽ:dei:quia in nullo actu uolũtatis ẽ praxis circa deũ . quia cũ uoluntas hortatur ad amorẽ dei per iſtã ſcientiã:hoc non eſt niſi qa uoluntas ortatur ad operandũ aliqd extra propter amorẽ dei:ſed ibi nõ eſt ſimpliciter praxis: qa totũ hoc ẽ ut poſtea uideatͣ deus.Nec etiã tertio eſt practica:qa ſecundũ actũ uoluntatis cõiũgitur ultimo fini:qa actui uoluntatis ut ſic tantũ correſpondet actus intellectus qui eſt uolũtati oſtendere deũ nude & apertte.Hoc autẽ nulla praxis ẽ.ergo.ſecũdũ nullũ actũ ẽ praxis. ¶ EST quedã opinio q̃ fugerͣ uult ꝙ nec ſit ſpeculatiua nec practica:ſed ex intentione ponit ꝙ ẽ amatiua uel affectiua.ratio eſt qa ſciã dicitͣ practica uel ſpeculatiua a fine.iii.de aĩa.tex.cõ.xlix.ſed finis eſt huiuſmodi caritas ſcd̃m apoſt.finis ꝑcepti caritas.

¶ CONTRA.qd arguitͣ ſi pricipalis intẽtio theologie eſt ordinata ad amorẽ ergo principale obiectũ eius eſſet amor uel natũ eſſe amatũ conſequens eſt falſum ut ſupra probatur:etiã ſecundũ eos quia dicunt ꝙ deus eſt ſubiectum ſub ratione glorificatoris. conſequẽtia patet:quia quãdo principalis finis alicuius ſcientie ẽ aliquid efficere:principale cõſideratum eius ẽ illud quod efficitur ſub iſta ratione ſub qua eſt finis intentus:ſicut patet de artifice reſpectu domus qui intendit domum q̃tum ad rationem domus que eſt ut ſit principale conſideratum in arte domificandi. ¶ ITEM iſta ſcientia nõ poteſt dici affectiua ratione iſtius differentie que eſt affectuum.quia inq̃tum huius eſt differentia obiecti uoluntatis & nõ intellectus ſicut nec poteſt dici affectiua ſciẽtia qa regulat affectũ:quia illa ſcientia que eſt pp diligere dicit de imitabili & fugibili. ſed p illud diſtinguitur ſcientia practica a ſpeculatiua.iii.de aĩa tex.cõ.xlix.ergo non habetur ꝙ iſta ſit ſcientia tertia a practica & ſpeculatiua ſed tantum habetur ꝙ eſt practica.

¶ ITEM ſicut caritas reſpicit appetitum ita & uirtutes morales.ſuo enim modo ita afficiunt hle uirtutes affectum ſicut & caritas.Vnde auguſt.de moribus eccleſie uocat quatuor uirtutes:iiii.amores:quia iuſticia ut uidetur:nihil eſt niſi quedam modificata affectio ad recte diſtribuendum:& ita de temperantia & aliis .Sicut ergo cognitio correſpõdens caritati eſt affectiua quia caritas ẽ quedam affectio:ita uidetͣ ꝙ cognitio correſpõdens aliis uirtutibus ſit affectiua quia ille uirtutes ſunt quedã affectiue & illa tota moralis eſt affectiua. ¶ SEQVITVR de.iiii. arti.ubi dicũt qdã Godefredus ut ꝙ pricipaliter ẽ practica & pricipaliter ſpeculatiua magis tñ ſpeculatiua q̃ practica ꝙ ſit principaliter practica oñdunt ſic.illa ſciẽtia que ĩtẽdit praxim principaliter ẽ practica:theologia ẽ huiuſmodi ergo & cetera . Minor probatur quia dato ꝙ ñ hẽremus aliã ſcientiã de hiis q̃ ſunt ſpeculabilia I deo:adhuc ĩdigeremus ſciẽtia cuius principalis finis eẽt docere nos bene operari pp uitam eternam.& illa eſſet practica:Sed certum eſt:ꝙ quicquid eſt nobis neceſſariũ propter uitam eternam habemus in theologia noſtra quã habemus mõ. ergo habemus ſciẽtiã q̃ principaliter docet nos bene operari propter &c.ergo & cetera.

¶ ITEM non minus dicitͣ theologia I ciuilitate chriſtiana intẽdere bene opari moraliter q̃ philoſophia naturalis in humana : ſed philoſophia aliqua hũana itẽdit pricipaliter & pp ſe opari moraliter & nõ pp ſpeculationem ergo &c. ¶ SECVNDO ꝙ ſit pricipaliter ſpeculatiua:oñdũt ſic illa ſcia q̃ ĩtendit ſpeculationẽ gratia ſui & nõ ſolum propter aliquod opus:eſt principaliter ſpe-

culatiua:ſed theologia eſt huiuſmõi'. Miõr
probat̃ quia dato ꝙ non hẽremus ſcientiã
qua ſciremus quid debeamus facere propter
uitam eternã:adhuc deberemus habere ſci
entiam de hiis que ſunt ſpeculabilia de deo
cuius principalis finis eſſet tranſiere nos de
neſcientia ad perfectam cognitionẽ que po
teſt haberi per reuelationẽ in uia. Et arguit̃
ultra ſicut in alio membro de practica: ſed
certũ ẽ &c. igitur. &c. Tertio dicunt ꝙ theo
logia nõ ẽ ſimpliciter una: ſed quadam col
ligõne inq̃tum uterqꝫ finis theologie ordi
natur ad unum finẽ extrinſecũ qui eſt bea-
titudo. Quarto oſtendunt ꝙ reſpiciẽdo ad
finem extrinſecũ iſta ſcientia eſt magis ſpe-
culatiua q̃ practica. qa ſciẽtia magis eſt talis
ſecundũ qd magis cõuenit cum ultimo fine
huius ſcientie: ſed ſpeculatio magis cõuenit
cum ultimo fine huius ſciẽtie que ẽ uiſio q̃
conueniat praxis igitur &c. Et ideo dicunt
ꝙ ſpeculatio magis intẽditur ſicut illud qd̃
eſt propinquius ultimo fini.

DE.v.articulo fiat q̃ſtio p ſe. ſe-
quit̃ ergo de quito arti. ubi qui
ꝙ uident̃. ¶ PRIMVM. ẽ
ꝙ iſta ſciẽtia nõ ẽ practica nec
ſpeculatiua ſed quedã alia ſpe
cies ſciẽ ſpecifice diſtincta ab utraqꝫ nõ ꝙ ſit
una p aggregationẽ ſicut dicit god. nec ꝙ
ſit ſpecies tertia ſpeciẽ accipiẽs ĩ ordine ad ef
fectũ ſeu uoluntatẽ ut ponit egidius. ſed ter
tia ſpecies ĩter h̃itus mere ĩtellectuales & p
ſe una. Quod ſic probo. quia in ſcientiis na
turalibus poſſibile eſt reperire unum habitũ
intellectualẽ alios duos h̃itus ĩtellectuales
continentẽ: qui diſtinguit̃ ab utroqꝫ per ſe
accepto ita ꝙ non ſit ſolũ includens illos p
aggregationẽ: ſed per ſe unus. ergo eadem
ratione theologia noſtra que cõtinet practi
cum & ſpeculatiuũ eſt ſciẽtia ſpecifice diſtin
cta a practica & ſpeculatiua & p ſe una. cõſe
quẽtia patet. Probatio añcedentis philo. vi.
ethi. añ mediũ uult ꝙ ſapiẽtia ĩcludat intel
lectũ qui eſt habitus principiorũ qa eſt ſcien
tiarũ certiſſima: & ꝙ includat ſcientiã parũ
ſupra. qa ſapientis eſt de aliquo habere de
monſtrationẽ: & tũc cõcludit: oportet ergo
ſapientẽ nõ ſolum que eſt ex principiis ſcire
ſed & circa pricipia uerũ dicere. quare utriqꝫ
erit ſapia intellectus & ſciã: ſed cum hoc ꝙ
ſapientia ſic includat illos duos habitus ni
chilominus philo. ibidẽ uult ꝙ ſapientia ſit
habitus ſpecie diſtinctus ab utroqꝫ. & non
quaſi aggregans illos ſed per ſe una ſpecies.
Poſuerat enim quinqꝫ habitus diſtinctos
ſpecie. ſ. artem: prudentiam: ſapientiam in-
tellectum: & ſcientiam. patet ergo antece-
dens. ¶ ITEM ad hoc eſt commentator.
vi. ethicorum cõmento. lvii. ubi mouet iſtã
queſtionem quare: cum ſapia contineat in
tellectũ & ſcientiã: poſuit ariſt. quinqꝫ habi
tus ĩtellectuales quibus uerum dicitur: Et reſ
pondet cõmentator dupliciter cõmẽto. lvi.
uno mõ ſic: quia cõpoſita ſapia ex intellectu
& ſcientia oportuit primum eſſe partes ipſi
us exiſtẽtes: & ſic ipſam ex utriſqꝫ ipſis con
poni. ergo nõ poſuit ſapientiã ſicut aliquid
unum aggregatum. quia tunc non ſaluaret̃
ꝙ ſapientia eſſet. v. ſpecies: nec tunc ſcientia
& intellectus componerent ipſam ut eius
partes. ſicut loquitur commentator partes
enim in toto faciunt unum per eſſentiam:
non per aggregationem. componunt igit̃
ſicut aliquid unum per eẽntiam ſeu per dif
ferentiam aliquam ſpecificam. Item alia ſo
lutio eſt iſta. adhuc ãt magis & ab inuicẽ cõ
tingit hec ſeparari ſimpliciter & ſecundũ ſe
ipſa exiſtẽtia prius. deĩde cõueniẽtia & ſapiẽ
tiã perficiẽtia. tũc arguo. accidẽtia que faciũt
unũ ut eius partes ſic ſunt ad inuicem conue
niẽtia & tertiũ perficientia ꝙ faciunt unum
non per aggregationem ſolum ſed ſecundũ
ſpeciem. Patet de diuerſis coloribus in me
dio: ſic eſt hic ſecundũ cõmẽtatorẽ. Etiã hoc
declarat infra: qa ut dicit q̃nqꝫ contingit ha
bere ſolum intellectũ: aliquãdo ſciẽtiam ſo
lum: quãdoqꝫ utrũqꝫ ſimul. & tunc eſt theo
logia id eſt ſapiẽtia. unde dicit ſic. cõtingit enĩ
aliquẽ ſine ſciẽtia ĩtellectualẽ factũ eam que
circa principia habere ueritatẽ: non quidem
eſſe & ſcientẽ ex principiis demõſtrata non
cognoſcentẽ. ppter hoc neqꝫ ſapientẽ apar
tiũ ſapiẽtie altera deficiẽtẽ. ecce uſqꝫ huc lo
quitur de intellectu qui eſt habitus princi-
piorum qui ſolum intuetur principia & ni
chil demõſtratiue deducit ex principiis. Lo
quitur etiam de ſcientia per quam cõtingit
aliquid demõſtrare de principiis & ſubdit
ut primo: ꝙ ſcientẽ contingit nõ poſſidere
ueritatẽ circa ipſa principia id eſt neſcire de
monſtrare ea. unde ſequitur & ſcientẽ non
eſſe intellectualem contingit eam que circa
principia nequaq̃ poſſidentẽ ueritatẽ. Ter
tio loquitur de ſapiẽtia q̃ utrũqꝫ cõtinet ut

de ſequitur cū autem ambas concipit ueritates & eam que circa principia & eam que circa ea que ex principiis & tunc intellectualis eſt ut theologus id ſapiens & ſcienſſiue ſcientificus:ut que ex principiis per principia edoctus: tunc arguo. que faciunt unum habitum tali unitate qualis eſt theologia philoſophorum ideſt methaphiſica de qua loquitur philoſo.& cōmentator faciūt unū habitum ſecundū ſpeciē. hoc patet quarto methaphiſice ſic eſt hic ſecundū comentatorem quia intellectualis & ſcientificus ſunt unum ut theologus.theologū uocat ſapientem uide in textu & cōmento.ſcilicet.v.&.vi.Ethicorū qualiter autem cōtingit ſapientem demonſtrare principia per dignitates: ſuppoſitiones: & petitiones:comēto.y.ubi ſupra.Item ſciētia que eſt de cōmuniori obiecto ſpecifice diſtinguitur ab his que ſunt de obiectis magis limitatis: & non ſolum includit illos per aggregationē ſed per ueram unitatem ſpecificam.ſicut patet de methaphiſica reſpectu particulariū ſcientiarum ſed iſta ſciētia ut ſupra probaſ.q.ii.arti.iiii. non eſt de deo ut ſpeculabilis preciſe nec ut aſſequibilis:uel acquiſibilis per operationē preciſe.Sed ſub communi ratione ut eſt nobis cognoſcibilis in ſacra ſcriptura que ratio eſt communis deo ut ſpeculabilis & ut aſſequibilis per operationem. quia utroqꝫ mō traditur nobis cognoſcibilis in ſacra ſcriptura:ergo &c.Item quia methaphiſica non eſt preciſe de ente quod eſt ſubſtantia: nec de ente quod eſt accidens ſed utroqꝫ ſimul ſub communi ratione ideo methaphiſica ē una communis ſpecifice diſtincta ab utraqꝫ & per cōſequens non aggregata.ergo eadē ratione.quia iſta ſcientia non eſt preciſe de deo ut ſpeculabilis:nec preciſe ut aſſequibilis per operationem:ſed de deo abſolute accepto ut continet utrāqꝫ rationē iſtam: iſta ſcientia non eſt preciſe ſpeculatiua nec preciſe practica:ſed quedā cōmunior ſpecie diſtincta ab utraqꝫ continens utrāqꝫ.Declaratur totum.Intellectus enim qui eſt habitus principiorū & ſcientia que eſt cōcluſionum ſunt due ſpecies formaliter & ſpecifice diſtincte per ſeipſas:iſtis tamen habitibus nō repugnat quin dimittāt ſuas differentias ſpecificas formales & cōtineātur uirtualiter ſolum & non formaliter in tertio habitu ſpecifice diſtincto ab his & ſic dicaſ tertia ſpecies:quare ergo non poterit idem contingere de habitu practico & ſpeculatiuo:ꝙ licet ſint due ſpecies diſtincte quin tamen ꝑ uirtualem continentiam ſuam in tertio habitu cauſent nouam ſpeciem:non nouam quidem per aggregationem ſolum modo.

¶ ALITER declaratur:alia formaliter ē intentio generis & alia intentio differentie Sunt enim duo uniuerſalia formaliter diſtincta:& ut uirtualiter continentur in tertio cōſtituunt intentionem ſpecie diſtinctam ſcilicet ſpeciem que eſt tertium uniuerſale. Idē eſt de elementis in mixto que faciūt unum ſpecie ut uirtualiter continētur in eo & tamen inter ſe ſpecifice differunt. De hoc requ re li.iii.di.xvi.ar.i. ¶ SED dubitatur quia quod ſe habet per abſtractionem a practico & ſpeculatiuo uidetur ſpeculatiuū. Si ergo hec ſit una abſtrahens a practica & ſpeculatiua ergo ñ ē ſpeculatiua. ¶ DICITVR ꝙ nō eſt communis ad practicam & ſpeculatiuam per abſtractionē ſicut ſillogiſſimus dicitur ad ſillogiſmum dyaleticum & demonſtratiuum:ſed per incluſionem utriuſqꝫ. nō enim iſta ſcientia eſt de deo ut preſcindit a rationibus ſibi propriis ſecundum quas eſt ſpeculabilis & per operationem attingibilis ſed ut ſic includit illas.& quia rationes deo conuenientes non ſolum ſunt ſpeculabiles: ſed practice.ut creaſ & huiuſmodi.Ideo iſta non ſolum eſt ſpeculatiua nec etiam practica:ſed una cōmunis utriqꝫ. ¶ DICES(cū methaphiſica includat partem moralem)in ii.metha.tex cō.iii.enī &.vi.metha.tex.cō. primi.&.ii.diſtinguit methaphiſicus practicū a ſpeculatiuo ergo methaphiſica non eſt ſcientia ſpeculatiua ſed habitus includens utrūqꝫ. ¶ RESPONDEO(ut ꝓbat philoſophus.vi.metha.textu.commenti.iii. & .iiii.methaphiſice .textu commenti primi. methaphiſica eſt ſcientia communis & generalis quia ut dicit eſt de ente: licet ſcientia includens in generali aliqua ſolum.& nō includit ea explicite ſecundum ea que ſunt propria eis:non eſt habitus:compoſitus ex his propriis. exemplum. methaphiſica in generali in.vi.methaphiſice textu cōmenti ſecundi diſtinguit methaphiſicam & phiſicam contra mathemati am ſicut practicam contra ſpeculatiuam: non tamen eſt dicendum ꝙ methaphiſica ē habitus ex his duobus habitibus. quia cum iſti duo con-

ſiderāt quedā propria ſi methaphiſica cōpo
neretur ex his methaphiſica non eſſet gene
ralis quod ſalſum eſt. & hoc eſt quod ſtatim
poſtq̄ illas tres ſcientias diſtinxerat ꝓbat ꝙ
methaphiſica eſt cōmunis. ¶ AD ꝓpoſitū
ergo (quia ſolum conſiderat de practicis in
generali: & de ſpeculatiuis eſt conſideratio
ſua ꝓpria & in ſpeciali ut ꝓbat in principio
primi. quia methaphiſica eſt gratia maxime
ſui & ſolum illa propter ſcire queritur) ſequi
tur ꝙ ſolu n ē ſpeculatiua. Item ad ꝓpoſitū
de theologia que non ſolū tractat in genera
li de practicis & ſpeculatiuis. ſed explicite tra
ctat ea que ꝑtinent ad bonū opus ſicut ꝓcep
ta decalogi & alia operabilia & etiā expli
cite ea que ꝑtinent ad ſpeculatiuam. ſicut ar
ticulos fidei: & ea q̄ deducuntur de his. ideo
eſt ſecundus habitus includens utrūq;. ſicut
ſapientis non eſt ſolum in generali ſcire con
cluſiones & principia in generali; ſed etiam
in ſpeciali eſt ſcire circa principia uerum di
cere & circa concluſiones ipſas demonſtratō
nes facere. ideo. vi. ethycorū cap. octauo con
cludit phūs ꝙ ſapientia eſt habitus compoſi
tus ex intellectu qui eſt habitus principiorū
& ſcientia que eſt habitus concluſionum:
¶ ALIA dubitatio eſt que fuit contra egi
dium quia phūs ſexto methaphiſice non di
ſtinguit ſcientiam niſi in ſpeculatiuā & pra
cticam & hic ponitur tertia ſpēs una ex utra
q;: ergo phūs diminute aſſignauit. ¶ DI
CO ꝙ ariſto. intendit illā tertiam includētē
utrāq; in illis duabus uerbigratia. ariſtoteles
nō diuidit totū ens niſi in ſubſtantiā & acci
dens & tn̄ concludit ꝙ aliquod tertiū eſt in
cludens utrumq;, ſ. ens commune ꝙ poteſt
facere ſcientiā ſpecifice diſtinctam. ſic in pro
poſito. ¶ TERTIA dubitatio qa ubicun
q; habetur ab ariſtotele ꝙ poteſt eſſe tertius
habitus includens alios duos ſemper ponit
exemplum de habitibus eiuſdem ratiōis pu
ta de habitibus pure ſpeculatiuis: ſicut habi
tus methaphiſice qui includeret ſciētiam de
ſubſtantia & accidente: uel ambe eſſent pu
re practice. ſicut ponit exemplū de ſapientia
q̄ includit intellectū primorum principiorū
in agibilibus: & ſcientiam que ē habitus cō
cluſionum: ēt in agibilibus. Sed hic ponitur
una ſcientia q̄ includit duos habitus qui am
bo neq; ſunt pure ſpeculatiui. neq; pure pra
ctici. ſed unus practicus: & alius ſpeculatiuus
ergo non eſt ſimile de ſcientiis quas ponit
Ariſtote. includere duos habitus eiuſdem ra
tionis. & de illa que includit duos habitus
diuerſarū rationum. ¶ RESPONDEO
ꝙ ſiue habitus incluſi ſint eiuſdem rationis
uel diuerſe non impedit dūmo.lo habeāt at
tributionē ad aliquod cōe eis. magis enim
diſſentiunt ſubſtantia & accidens q̄ habitus
ſpeculatiuus & practicus & tamen de eis po
terit eſſe & eſt una ſcientia īcludēs utrunq;.
¶ EODEM modo in propoſito. deus ut
eſt ſpeculabilis & ut eſt acquiſibilis ꝑ opera
tionem habent unū cōmune quod eſt deus
in quo habent attributionē: & per cōſequēs
in habitu qui erit in illo communi habebūt
illi duo habitus ſpeculatiuus & practicus
unum cōmune ī quo habebūt attributionē
SECVNDVM qd̄ uidetur michi contra.
God. ꝙ neceſſario illa ſcientia eſt magis pri
cipaliter ſpeculatiua uel econuerſo ſcilicet
magis practica. quia quando habitus com
ponitur ex duobus neceſſario: alterum eſt
principalius. Patet de ſapientia que cōponi
tur ex intellectu principiorū & ſciētia. Ma
nifeſtum eſt ꝙ ītellectus principiorū eſt pars
principalior cum ſit ex immediatis ſcientiā
āt ex mediatis. unde. vi. ethicorū octauo ca
pitulo. ꝓbat philoſophus ꝙ ſapiētia nō ſo
lum eſt de principiis ſed de ſcibilibus: qa ſa
pientibus eſt de aliquibus habere demōſtra
tionē & illa ſcīa ē ex imediatis. ¶ ITEM
idē iudiciū ē de habitu & de obiecto habi
tus: ſed ī obiecto includēte aliqua duo ne
ceſſario alterū ē pricipalius ergo & ī habitu.
Maior patet qa habitus ꝓportionatur ob
iecto. Minor probatur: quia cum ens quod
eſt obiectum methaphiſice cōtinet ſubſtātiā
& accidens ſubſtantia neceſſario eſt princi
palius. quod patet quia ut infra dicet̄ philo
ſophus ſemꝑ probat unitatē met. ꝑ hoc ꝙ
accidens habet attributionē ad ſubſtantiā:
ſed illud eſt pricipalius ab qd̄ fit attributio
igit̄ &c. & hoc determīat phi. iiii. met. tex.
cō. ſecūdi. d. ubiq; uero ꝓprie primi ē ſciētia
& ex quo alia pendent & pp quod dicūtur.
ergo ſi hec eſt ſubſtātia &c. Itē prio ethi. ca
pitulo octauo ſi ſit unū aliqd̄ ſolū pfectū il
lud erit qd̄ querit̄ felicitas. ſi uero plura per
fectum horū. Sed illud non eſſet uerū quod
perfectū eſſet ſi poſſent plura perfectiſſima
uel plura pricipalia eſſe ergo &c. ¶ TER
TIVM qd̄ michi uidetur: ꝙ magis princi
paliter eſt practica q̄ ſpeculatiua. & hoc tam

reſpectu finis extrinſeci q̄ intrinſeci . ubi eſt
aduertendū q̄ aliud ē querere utrū iſta ſciē
tia ut ſpeculatiua ſit principalior q̄ ut practi
ca:& utrum magis ſit principaliter practica
q̄ ſpeculatiua.quia querere primū non ē que
rere aliud niſi utrum ſcire ſimpliciter ſit no
bilius q̄ operari .Sed querere ſecundum eſt
querere an in hoc determinato habitu qui
eſt theologia principalius opus uel ſpecula
tio intendatur.Sed iſta in tantum ſunt diuer
ſa q̄ de primo ſecundum philoſophū ubiq;
eſt reſpondendum q̄ ſic.De ſecundo q̄ nō .
Primum probatur ex regula phi.i . ethicorū
capitulo octauo q̄ illud eſt perfectiſſimum
quod eſt propter ſeipſum & non aliud.& ſe
cundum regulam phi.i.methaphi. loquens
enim ex intentione de ſcire ut diſtinguitur
contra ſcire actiuum uel practicū dicit q̄ pp
ſcire ſtuderunt homines:& non uſus alicu-
ius gratia ergo ſcire ſpeculat ue ſimpliciter
ubicunq; fuerit ſiue in theologia ſiue in ſciē
tia humana eſt perfectius ſcire practico.pba
tur ſecundū quia ſecundum hoc ſciētia dici-
tur magis ſpeculatiua uel practica ſecundū
q̄ magis principaliter ordinatur ad ſpecula
ri uel opari.ſed iſta ſciētia magis principali
ter ordinat̄ ad operationem tam in uia q̄ i
patria q̄ ad ſpeculari. & operari uocat̄ finis
interior & exterior igitur reſpectu cuiuſcun
q; finis iſta eſt magis principaliter practica.
probat̄ minor quia certū eſt q̄ ad ſcientiam
iſtam attendens plus addiſcere intendit ſer
uire deo ſecūdum precepta decalogi in uia
q̄ ſcire & nō facere.& ſimiliter in patria plus
intendit ſcire ſeruire ut decet q̄ ſcire & non
facere.ergo &c.¶ DVBITATVR cum
theologia noſtra ſit ſcientia nobiliſſima er
go principaliter participabit nobiliſſimam
conditionem ſcientie:ſed ut dictum ē illud
eſt ſpeculatio ergo ipſa principaliter erit ſpe
culatiua:ergo idē eſt querere utrū ipſa ſit prī
cipaliter practica uel ſpeculatiua & querere
utrum iſta ut ſpeculatiua ſit principalior.
¶ RESPONDEO q̄ participaret nobi-
liſſimam conditionem ſcientie & principa-
liter ſi preciſe ordinaretur ad ſcire & princi
paliter.ſed quia ut dictum eſt pricipaliter or
dinat̄ ad bene operari ideo principaliter eſt
practica.¶ QVARTO uidetur michi
q̄ iſta ſcientia ē una eadem unitate qua me
thaphiſica quia philoſophus.iiii.methaphi
&c.ergo &c.Maior probatur.quia quod nō terminatur ad certam pluralitatem poteſt eſſe in quocunq; etiam in infinitis:ſed in diuinis quicquid eſt poſſibile ſtatim eſt neceſſarium.igitur ſi i diuinis eſſet plurificatio q̄ non terminatur ad certam pluralitatem iā de facto etiam in infinitatem perſone. Minor probatur quia quod eſt plurificabile etiam eiuſdem rationis ad plura eiuſdem non terminatur ex ſe ad certam pluralitem. hoc patet ſiue comparādo commune ad ſua ſingularia:ſiue cauſam ad cauſata: uł principiū ad ſua p̄ncipiata. nec poteſt determinari ex altero eiuſdem rationis cum ipſo : quia qua ratione ipſum non terminatur ad certam pluralitatem ex ſe eadem ratione : nec alterum quod eſt eiuſdem rationis cum ipſo determinabit ipſum ad certam pluralitatem . nec poterit etiam determinari per aliud alterius generis.igitur nullomodo probatꝰ illud ultimū ſic. quia non poteſt determinari per aliud alterius generis quod ſit poſterius natura ipſo.quia a poſteriori non habet aliam entitatem.igitur nec unitatem nec pluralitatem certam.Nec ab illo quod ē ſimul natura cum productione eius. quia qua ratione ipſa productio que eſt unius rationis non determinatur ex ſe ad certam pluralitatem: pari ratione nec illud quod eſt ſimł natura cum illo determinabit ipſam.Nec etiā ab alio priori ſe quod ſit alterius ratiōis qđ illud aliud uel eſt principium formale ꝓducendi uel ipſum ſuppoſitum producens. nō eſt principium formale.quia in ꝓductio p̄ncipium formale quod preſupponitur nō neceſſario preexigitur eſſe aliquid alterius rationis.Neq; etiam preexigitur unitas neq; pluralitas alterius rationis. ex quo ponuntꝰ productiones eiuſdem rationis. Nec etiam a ſuppoſito quia in tot poteſt ſuppoſitum & non plura . neq; pauciora quantum principium formale.igitur ad nihil poneretꝰ determinatō per ſuppoſitum . nullo ergo mō poteſt productio eiuſdem rationis determinari ad certam pluralitatem que fuit minor principalis rationis. Iſtud confirmant ꝑ Augu.contra Maxi.li.i.ca.ulti.ſic arguendo. Si in diuinis poſſent eſſe eiuſdem rationis plures productiones igitur infinite. & ultra. ergo eſſent infinite. quia in diuinis nihil ē niſi neceſſarium.probant primam conſequentiam per Augu.ubi ſupra reddētem cauſam quare non oportuit filium generare . Non oportuit(inquit)quia immoderata eſſet diuina generatio.&c. nec impleretꝰ generationis ſeries &c . ❡ ITEM ad principale propoſitum trahunt philoſophum.xii. meta. ſed uiolenter & ideo nō curo : ſed iſta ratio non eſt demonſtratiua. unde nego minorē quando dicitur ꝙ productio eiuſdem rationis nullomodo poteſt terminari ad certam pluralitatem quando probatur non ex ſe.ſicut patet deducēdo in creaturis.dico ꝙ difficultas eſt de poſſibili nō de facto. ſed licet in creaturis non determinetur ꝓductio eiuſdem rationis ad certum numerum : poſſibile eſt tamen quod determinetur ad certum numerum & eodemmodo in propoſito.qa licet ignis nō determinetꝰ ad certū numeꝝ igniū gñabiliū: poſſibile tñ eēt ꝙ a p̄ncipio determinaretꝰ ad certū numeꝝ idiuiduoꝝ generabilium ſicut ad certam ſpeciem determinatur ſicut dicitur de fenice : ꝙ nunq̄ poteſt niſi unam fenicem generarꝰ. Item poſito ꝙ difficultas eſſet hic de facto.ſ.utrum de facto hic eſſent plures productiones eiuſdem rationis . Adhuc non ualet argumentum eorum ſic arguendo . in creaturis de facto non terminatur productio eiuſdem rationis ex ſe ad certum numerum.igitur nec in diuinis.quia(cum ſint hinc inde entia alterius rationis)non ualet conſequentia de uno ad aliud.Sicut patet hic.in creaturis nō ſunt plura ſuppoſita in idemptitate nature. igitur nec in diuinis. Quod dicunt de aug. contra maximinum . Dico ꝙ illud argumētum fuit bonum cōtra hominem ꝙ diu nō aſſignauit ſibi per contrarium eſſe impoſſibile in creaturis: nec ꝙ conſequentia nō ualeret a creaturis ad deum: nō tamen fuit bonum argumentum contra rem . ❡ Aureolus di.vii.q.ii.arti.iii.hoc demonſtrat ſic.nulla res que eſt tota natura & tota q̄ditas ſubſiſtens ſiue tota entitas eminenter ſubſiſtēs & non eſt quedā particularis res poteſt plurificari. hec ꝓbata eſt di.iii.q.i.ar.iii. ubi probatur ꝙ deus non poteſt plurificari.quia eſt tota entitas eminenter ſubſiſtens non connumerata contra alias entitates . quia eſſet ens limitatum.Patet ex terminis quia q̄ dicit totum negat partem preciſam uel particularem.igitur qui dicit totum ens ſubſiſtēs negat ens particulare ſeu pluralitatem : ſed filiatio eſt tota quiditas filiationis exiſtēs &

non particulare igit. Probo minorem tum quia unumquodque eſt in recipiente p modum recipientis ſed deitas in qua exit filiatio eſt tota quiditas & tota entitas eminenter ſubſiſtens non &ce. tum quia phi. poſuerunt ꝙ quelibet intelligentia eſſet tota natura ſubſiſtens: ſaltem ſue ſpeciei. igit quodlibet diuinum eſt tota. &ce. maxime ſue ſpeciei puta filiatio diuina eſt tota entitas filiationis: tum quia deus eſt totale intelligere: quia ſuum intelligere eſt intelligere comprehendens eminenter intellectionem dei & leonis & ſic de ſingulis: ſed omni itellectioni correſpondet noticia adequata. igit uerbum ſeu filius ē noticia tota & tota filiatio & non particularis. Concordat augu. xv. de trinita. c. xiiii. pater gēuit ſibi uerbum equale per omnia: ſed paternitas in diuinis eſt tota paternitas ad ephe. iii. ex paternitate diuina in celo &ce. Iſta ratio non demonſtrat quando enim dicitur i maiori nulla res que eſt tota. &ce. poteſt plurificari. diceret quod uerum eſt de re que eſt tota natura ſubſiſtēs ſecundum ſpeciem & ſecundum omnia indiuidua: ſed non eſt demonſtratum ꝙ exiſtente uno deo que eſt tota natura & tota entitas eminenter ſubſiſtens ita quod ſit tota ſecundum ſpeciem ꝙ propter hoc ipſe ſit tota natura ſecundum omnia idiuidua uerbi gratia ſi gabriel ſit tota natura ſubſiſtens ſue ſpeciei non eſt demonſtratum quin poſſent plura idiuidua eſſe in illa ſpecie: & maxime ſi gabriel ſecūdum ſuam ſpeciem nō ſit infinite perfectionis: ſed infinitas perfectionis non eſt adhuc demonſtrata de deo de hoc. di. xliiii. ar. ii. igit non eſt demōſtratum quin plures dii indiuidui poſſint eſſe i eadem ſpecie. de hoc di. xxi. arti. i. in reſponſione. iii. argumenti. nec iſta ratio demōſtrat in minori. conceſſo enim quod deitas non poſſit plurificari in diuinis quia eſt tota natura. &c. non propter hoc eſt probatum demonſtratiue quin filiatio poſſit plurificari i diuinis. Diceret enim philoſophus quod cōceſſo quod una natura que eſt una ſecūdum numerum poteſt multiplicari ſtāte unitate numerali in plura ſuppoſita diuerſe ratiōis ꝙ non eſt ſibi demonſtrabile ꝙ ſtante eadē unitate numerali ſibi repugnat multiplicari in plura indiuidua eiuſdem ratiōis qa cum pluralitas ſpecifica intenſiorem & maiorem importet diſtinctionem numeralis nō repugnat ſibi poſſe demōſtrari quin ſi quod minus uidetur ieſſe quin etiam ꝙ magis uidetur ineſſe inerit: Sed nos theologi concedimus in eadem natura numerali ſuppoſita plura diuerſe rationis ergo ſtante illo cōceſſo non erit demonſtratum philoſopho qn ſtante unitate deitatis numerali poterūt eē plura indiuidua eiuſdem rationis & ſic nō ualet minor. Diceret enim philoſophus, ad primum concedendo quod unumquodque receptum &c. ſed accipet a theologo ꝙ deitas taliter recipit pluralitatem ſuppoſitorum ſtante unitate numerali quod illa pluralitas eſt alterius rationis. Et ideo diceret ꝙ retento illo conceſſo quod non eſt ſibi demonſtratum quod ſtante unitate numerali recipiat multitudinem indiuidualē que eſt eiuſdem rationis. Per idem ad ſecundum quod licet quelibet intelligentia una exiſtēs ſecūdum numerum ſit tota natura ſue ſpeciei: ſi tamen multiplicaretur in plura idiuidua diuerſe rationis non demonſtratur ſibi quare non in plura ſecundum eandem rationem. Per idem ad tertium quod uerum eſt quod uerbum eſt adequata noticia ſcientie a qua procedit hoc tamen conceſſo. quod noticie notionalis patris & filii faciunt duo ſuppoſita alterius rationis: ſtante illa unitate non eſt demonſtratum quin poterunt eſſe due noticie ſeu duo uerba eiuſdem rationis i eadem unitate. per hoc ad auctoritatem ꝙ uerum eſt paternitas diuina eſt quelibet alia. Diceret philoſophus quod ex hoc non ē ſibi demonſtratum quin plures poſſunt tales eſſe multiplicabilitate indiuidualiter cōceſſa multitudine alterius ratiōis. Nota ꝙ iſto modo argumenta ſua oppoſitum potius ꝙ̄ ſuum propoſitum demonſtrarent. ¶ MELIOR ergo reſponſio que poteſt dari quare filius non poteſt generare quam uideo ē. quia non recipit a patre talem uim ordinatam ad actum. Sed iſtud dictum non poteſt demonſtrari.

SEQVITVR de tertio arti. ubi dico tres concluſiones. Prima eſt iſta quod demonſtratiue poteſt probari quod poſſibile ſit filium nō generare & etiam

non ſpirare tali dico poſſibilitate que non eſt repugnantia terminorum .ſic poſſibilitate que eſt non repugnantia poteſt preſcindi ab eẽtia omne quod eſt extra per ſe rationem eſſentie.quia cum primus modus dicẽdi per ſe non includit ſecundum ſed diſtinguitur cõtra ipſum: poterit omne quod nõ eſt de ꝑmomodo dicendi per ſe excludi ab alio ſed reſpectus qui conſequitᷣ eſſentiam reſpectu alicuius actus:ſiue generandi : ſiue ſpirandi eſt extra per ſe rationem eſſentie. quia ad aliud pertinens predicamentum ſicut ſecundus modus dicẽdi per ſe ergo omnis talis reſpectus ſiue repugnãtia terminorum poteſt preſcindi ab eſſentia filii . & ita &c.Quia diceretur ſtatim quod non queritᷣ ratio que impedit filium ſpirare:ſed que impedit ſpetialiter ipſum generare.

¶ IDEO ſecundo probo demonſtratiue quod poſſibile eſt filium non generare . & tamen ſpirare ſic. quãdo aliquod fundamẽtum fundat duos reſpectus omnino diſparatos poteſt ſine omni repugnantia terminorum preſcindi unus reſpectus alio reſeruato quia ex quo ſunt diſparati : ꝑciſio unius nõ eſt cauſa preciſionis alterius: ſed ſic ſe habẽt reſpectus generatiui & ſpiratiui reſpectu eſſentie diuine.ergo ab eſſentia in filio poteſt preſcindi reſpectus generatiui retento reſpectu ſpiratiui. ¶ TERTIO dico quod nõ poteſt demõſtratiue probari quod filius nõ recipiat a patre talem uim ordinatã ad actũ generandi . quia ſi hoc probaretur oporteret probarĩ quod reſpectus generatiui poſſẽt ab eſſentia ut in filio preſcindi:ita quod talis ꝑciſio eſſet ordinata ad actum. quia ſi talis ꝑciſio nõ eſſet ordinata ad actum ſed ſolum eſſet poſſibile non repugnans adhuc poſſet ſtare actus generandi in eo ſicut ſpirare . qa ſpirare ſolum poteſt preſcindi a filio poſſibilitate que non eſt repugnantia non poſſibilitate ordinata ad actum ideo poteſt ſpirare ſed hoc non poteſt demonſtratiue probari.quia non poteſt demonſtrari quare magis ordinauerit preciſionem generatiui ab eſſentia ut in filio quam ſpirari . cum ambo ex natura ſequantur ſicut calefacere calorem.ergo &ce. Dico tamen quod ad hoc ꝓbandum quod non poſſunt eſſe plures filii: ſunt ratiões due bene efficaces licet forte nõ demonſtratiue.& prima concludit generaliter tam de patre quam de filio : & eſt hec. quando aliqua productio habet terminum per modum ſpeciei & non per modum indiuidui impoſſibile eſt in tali ſpecie productionis multiplicari Idiuidua. hoc patet per ſimile:ſi enim pater meus generaſſet me ſic quod fuiſſem genitus ut in me ſolo:ſemper in perpetuum fuiſſet ſaluata tota ſpecies hominis.tunc ego nunq̃: nec etiam pater meus poſſemus alium filium generare. ſi enim alium filium generaremus : ſequitur oppoſitum poſiti . ſcilicet quod ego non eſſem genitus per modum ſpeciei ſed cuiuſdam indiuidui.patet etiam in ſole. quia enim ſol ẽ tale indiuiduum quod tenet locum totius ſpeciei:non multiplicatur in indiuiduis. Patet etiam.ii.de anima tex.commẽti.xxxiiii. &.xxxv.ubi philoſophus dat cauſam multiplicationis indiuiduorum ut ſpecies Ĩ pluribus perpetuetur cum non poſſit perpetuari in uno: ſed productio in diuinis que ẽ generatio & que eſt ſpiratio ambo habent terminum per modum ſpeciei non per modũ indiuidui:ergo nullo agente poterunt multiplicari indiuidua in una productione ſecũdum ſpeciem ſuam in alia.probãtio minoris. quia illa productio que eſt per modum ſpeciei eſt perfectior illa que ẽ per modum indiuidui.& dico perfectior extenſiue. quia illa habet terminum perpetuum . alia habet terminum corruptibilẽ: ut patet de productione ſolis qui tenet locum ſpeciei:& in productione hominis qui tenet locum indiuidui.& etiam intenſiue . quia productio per modum ſpeciei habet terminum conſtitutum in totali eſſe . productio autem per modum indiuidui habet terminum ſecundum eſſe partitum & participatum: ſed certum eſt quod productiones que ſupponuntur eſſe in diuinis ſunt productiones ſecundum modum perfectum ꝓductionis . ergo &ce.Nota quod dico productiões que ſupponũtur in diuinis . quia qui uult efficaciter probare multitudinem uel ſolitudinem ꝑſonarum in qualibet ſpecie productionis : oportet eum neceſſario ſupponere tales ꝓductiones formaliter enim nunq̃ poſſet efficaciter hoc probare. Secunda rõ eſt ſpecialis de patre & hoc omnes concedunt ꝙ pater in generando habet filium ꝓ termino adequato ſue ꝓductiõis.aliter enim eẽt gñatio

eius imperfecta:iſta enim conſequentia tenet de actionibus de indiuiduis ad itra:ſed adhoc ſequitur quod in tali ſpecie productionis non poteſt producere aliud indiuiduum.igitur pater non poteſt &cete.probo minorem.quia propoſitõ que eſt neceſſaria ex conditione contingenti eſt contingens & poſſibilis ſimpliciter.Propoſitio autẽ neceſſaria ex conditione neceſſaria eſt neceſſaria ſimpliciter.Exemplum neceſſe eſt me ſedere quando ſedeo:cum tali neceſſitate ſtat bene quod contingenter ſedeo.& quod de poſſibilitate abſoluta poſſem non ſedere. quãdo uero dico pater in diuinis nõ poteſt mori.quia eſt deus cum tali neceſſitate non ſtat quod pater in diuinis poſſet mori. imo ex hoc quod eſt deus ſequitur quod impoſſibile eſt eum mori:ſed(cum dico)pater in diuinis non poteſt generare alium filiũ . qa filius quem genuit eſt terminus adequatus ſue generationis)Iſta conditio que hic ponitur eſt neceſſaria.ſ.quod filius quẽ genuit eſt terminus adequatus ſue generatiõis .oĩa enim que in diuinis ſunt de facto.& ad intra ſunt neceſſaria:igitur ,ſequitur quod iſta propoſitiõ qua dicitur pater in diuinis non poteſt generare alium filium . eſt neceſſaria ſimpliciter & impoſſibile oppoſitum fieri.

¶CONFIRMATVR iſta ratio.quandocunq; conditio neceſſaria que apponitᷣ eſt neceſſaria ſimpliciter & neceſſitate que ẽ modo nature & hoc ex parte eius a quo ſumitur.ſed non ex parte eius cui apponitur. quia quando dico quod neceſſe eſt patrem & filium ſpirare.ſ.ſ.hec eſt neceſſitas ſimpliciter & modo nature ex parte ipſius intellectus:ſed non ex parte ipſius uoluntatis. intellectus enim diuinus ditat uoluntati diuine.quod hoc eſt omnino uolendum . & qa intellectus agit de neceſſitate nature . ideo neceſſitas eſt hic ex parte intellectus modo nature : ſed quando uoluntas diuina uult hoc:ipſa non uult hoc de neceſſitate nature:ſed modo libero in tantum ꝙ quantum eſt ex parte ipſa quadam ſua poteſtate illimitata & libertate abſoluta poſſet non uelle illud ſed intellectus poſſet dictare aliqđ cur ſeu aliquam rationem.quare poſſet ſiſtere a tali uolitione.& ita habetur quod neceſſitas modo nature eſt ex parte itellectus ſicut ex parte eius a quo accipitur neceſſitas ſed non ex parte eius cui apponitur. ſcilicet ex parte uoluntatis & ideo in iſto cãu ut dictum eſt di.v.articu.iii.neceſſitas talis nõ auſert libertatem nec poteſtatem abſolutam. Ex his arguo ex oppoſito ſic. ubi eſt neceſſitas ſimpliciter & modo nature tam ex parte eius a quo accipitur q̄ ex parte eius cui apponitur tunc erit ſimpliciter impoſſibilitas. aliter ſe habendi.ſed cum dico pater nõ poteſt generare alium filium.quia filius quem genuit eſt terminus adequatus ſue generationis:eſt neceſſitas modo nature ex parte eius a quo accipitur iſta neceſſitas.ſ.ex parte generationis diuinę que eſt modo nature que neceſſario inquantum generatõ diuina requirit terminum adequatum . hec etiam eſt neceſſitas modo nature ex parte eius cui apponitur.ſ.patri generanti. pater enim generat modo natuᷣ & neceſſario.ergo & illo caſu erit uerum quod pater ſic generat unũ filiũ quod impoſſibile eſt ipſum aliũ gñare.

SEQVITVR de quarto articulo ubi dicũt qdã ut thom. prima parte.q.xxxix.quod hec eſt falſa deus non generat : & non diſtinguenda : ratio cuius eſt iſte terminus homo.quia diuiditur realiter in diuerſa ſuppoſita ideo iſte terminus homo per ſe potius ſupponit pro perſona etiam ſi nihil addatur quod ipſum determinet ad perſonam.uerumtamen aliquando iſte terminus homo ſtat pro natura communi propter exigentiam alicuius additi ut ſic dicendo homo eſt ſpecies. Aliquando etiã pro ſuppoſito dicendo homo currit : ſed illud quod ſignificatur per hoc nomen deus ſ.diuina eſſentia eſt una cõmunis forma ſecundum rem:non tamen ſecundum rõnẽ ſicut humanitas:& ideo deus per ſe ſupponitur pro natura communi ſed aliquo addito determinatur eius ſuppoſitõ ad perſonã. Vnde cum dicitur deus generat ratione actus notionalis hoc nomen deus ſupponitur pro perſona patris:ſed cum dicitur deus nõ generat nichil additur quod ipſum determinat ad perſonam filii unde datur intelligi quod generatio repugnet nature diuine ſed cũ additᷣ aliqđ ptinens ad pſonam filii uera erit dicẽdo deus genitus non generat.

¶Cõtra iſte dicit qđ deus ex ſe ſuppõit p eẽntia & nõ p ſuppoſito niſi addatᷣ notiõa

Digitized by Google

le ergo dicendo deus non determinatᷣ per
ipſum ad ſtandum pro ſuppoſito. ergo ſup
ponit pro eſſentia communi.& iſta propo-
ſitio erit uera deus non gñat ſicut hec eſſen
tia uel deitas non generat. Item quod dici-
tur cum additur aliquid pertinens ad filiũ.ẽ
propoſitio uera ut dicendo deus genitus ñ
generat. Ex hoc ſequitur propoſitum. ſequi
tur enim deus genitus nõ generat. ergo de
us non generat probatio conſequentie. qꝛ
ſequitur: deus genitus eſt deus. ergo eodem
addito utrobique adhuc ſequitur. ergo deuſ
genitus non generat. ergo deus nõ generat
Ad argumentum patet quod falſum ſum-
pſit quod deus tantum ſupponit pro eſſen
tia imo ꝑ ſuppoſito eque uere ſicut homo.
¶ IDEO dicunt alii henricus in ſum. ar-
ti. ii. q. iii. parte de relatiuis hec eſt falſa deus
non generat. quia hoc nomen deus ſignifi-
cat eandem rem ſingularem & ſupponit ꝑ
illa uniformiter in affirmatiua & negatiua
ſed pro alio ſuppoſito ſed hoc nomen ho-
mo ſignificat rem uniuerſalẽ & poteſt ſup-
ponere pro alia & alia re ſingulari in affir-
matiua & negatiua ſicut ꝑ alio ſuppoſito.
ſed hoc nomen deus non poteſt uerificari ĩ
affirmatiua & negatiua pro alia re ſignata
ſed ſolum pro alio ſuppoſito. cum ergo pro
poſitio uera pro ſuppoſito requirit ueritatẽ
pro ſignificato ad hoc quod ſit uera ſimpli
citer. Ideo iſte due homo currit. homo non
currit. ſimul poſſunt eſſe uere pro ſignifica
to & pro ſuppoſito: non autem iſte due: de
us generat: deus non generat. quia non pro
ſignificato. licet pro ſuppoſito. Unde dicit
quod ratione ſignificati ſunt contradictoria
deus generat: deus non generat. ſicut ſortes
currit: ſortes nõ currit. ¶ CONTRA ſor
tes currit. ſortes non currit poſſunt per appo
ſitionem ad ſubiectum uerificari ãbe ſimul
ut ſic dicendo ſortes albus currit: & ſortes ni
ger uel quantus non currit & hoc demon
ſtrando eundem ſortẽ numero: Sed iſte due
deus generat: deus non generat per oppoſi
tum alicuius: ambe ſimul poſſunt uerificari:
ut ſic dicẽdo deus pater generat: deus filius
non generat & hoc demonſtrando eundẽ
deum numero ergo non ſunt contradicto
ria ratione ſignificati. Item ipſi concedunt
quod hec eſt uera deus generat. igitur predi
catum iſte ſubiecto ratione ſuppoſiti. & ra

tione ſignificati quod eſt deitas & tamẽ hoc
non obſtante deitas non generat. hec eſt ue
ra nec eſt hic contradictio. quia non eodem
modo ab eodem affirmatur & negatur ge
nerare in una & in alia. Similiter in propo
ſito hoc nomen deus in hac affirmatiua: de
us generat: & in hac negatiua deus non ge
nerat ſupponit idem ſignificatum ſupponẽ
do illud pro alio & alio ſuppoſito põt idẽ
affirmari & negari de eodem non obſtante
ſingularitate diuine nature. ¶ IDEO dici
poſſet quod de uirtute ſermonis hec eſt ue
ra deus non generat quod ſic oſtendit: quo
rumcunque contraria ſunt ſimul falſa eorũ
ſub contraria ſunt ſimul uera maxime ĩ ter
minis accidẽtalibus ſicut hic. omnis homo
albus: nullus homo albus. falſa ſunt. ſubcon
traria ſunt ſimul uera homo ẽ albus: homo
non eſt albus: ſed iſta contraria uniuerſalia
ſunt falſa ĩ diuinis: omnis deus generat. nul
lus deus generat & generare & non genera
re non ſunt termini ſubſtantiales ſed relati
ui & quaſi accidentales igitur ſub contra-
ria ſunt uera deus generat: deus non gene
rat. ¶ CONFIRMATVR. quia parti
cularis & indiffinita conuertuntur affirmati
ue & negatiue ualet enim deus generat. er
go aliquis deus. et conuertitur & ualet etiã
deus non generat. igitur aliquis deus non
generat. qua ergo ratione hec eſt uera deus
generat. quia aliquis deus generat: eadẽ ra
tione hec eſt uera deus nõ generat quia ali
quis deus nõ generat. puta filius. Item affir
matio & negatio adequalia ſe extendunt.
qua ergo ratione in propoſitione deus non
generat eſſet equipollentia huic nullus de
us generat & ideo falſa: eadem ratione in
hac propoſitiõe deus generat eſſet equipol
lentia huic omnis deus generat. & ita ne
ganda eſt iſta eadem ratione qua alia nega
tur. Verumtamen debet eſſe intelligendũ
quod licet hec ſit uera de uirtute ſermonis
non tamen ea eſt utendum propter hereti
cos ſicut nec iſta utendum eſt deus non eſt
incarnatus licet ſit uera de uirtute ſermonis
quia aliquis deus non eſt incarnatus. Ad ar
gumenta dico quod minor eſt falſa quod
ſunt contradictoria ratione ſignificati ut ꝓ
baui contra ipſum in primo argumento
meo. & ſecundo.

VTRVM ſit plus de anima I
tellectiua quod ſit tota in toto
& tota in qualibet per te q̃ de
aliis formis ſubſtantialibus .uel
indifferenter poterit ipſa quan
ta & extenſa per accidẽs ſicut quelibet alia.
quere iſtam queſtionem li.iii.di.xv.

IN di.viii. Tractant doctores
ſi filius eſt a patre & ſi ſit po-
ſterior patre & iſta noia in deo
dicant relationẽ. Ideo hic que
ro de relatione & aliis predica
mẽtis quomodo ſunt in deo & eſt queſtio.
utrum relationes formales predicamẽtales
ſex priorum predicamentorum deo conue
niãt ꝙ non.quia omne genus ẽ limitatum
contra.ratio generis licet non dicat ultimã
rei perſectionem.igitur poteſt deo attribui.
hic tria.Primo dabo intellectum queſtiõis.
Secundo oſtendam ꝙ rationes formales ꝓ
dicamentorum ſuple relationis :actionis:&
paſſionis:qualitatis:& quãtitatis :aliquomo
do conueniunt deo.Tertio ꝙ ille rationes
ſunt predicamentales omnibus predicamẽ
tis illis.Circa primum articulum eſt intelli-
gendum ꝙ aliud eſt querere utrũ res cuiuſli
bet ꝓdicamẽti ſit in deo & utrum rõ cuiuſ
libet ꝓdicamẽti ſit in deo.qa res ſubſtantie
ſ.forma ſubſtantialis ponitur in predicamẽ
to qualitatis.v.meta.c.de qualitate textu cõ
menti.xix.non tamen rõ ꝓdicamẽti ſubſtã
tie ponitur in predicamẽto qualitatis :ſic er
go aliqui ſunt concedẽtes rem cuiuſlibet ꝓ
dicamenti poſſe poni in deo.non tamen ra
tionẽ cuiuſlibet pñti.diſtingũt tamẽ quod
eſſentia creature cuiuſlibet pñti quecunque
fuerit tripliciter conſideratur. Vnomõ ſecũ
dum quod aliquã ꝑfectionem dicit ſimplici
ter & abſolute.Aliomõ ut ẽ ꝓpria huic cre
ature.Tertiomõ imitatur diuinã perfectio-
nem in gradu compoſito:primomodo res
cuiuſlibet predicamenti attribuitur deo:ſed
non ſecundomodo . quia non attribuitur
deo ſub ꝓprio nomine illius predicamenti:
ſed ſub quodam generali attributo.ſ.bono
iuſto & huiuſmõi:ſed tertio modo res quo
rundam predicamentorum deo attribuun
tur:ſed non omnium & ſunt ille que cuili-
bet ſimpliciter eſt melius eſſe quam nõ eẽ.
ſicut ſapientem melius eſt cuilibet eſſe quã
non eſſe:non autem melius cuilibet altera
bile uel augmentabile & huiuſmodi: ſic er
go ſecundum iſtos intelligẽdo qualiter res
omnium predicamentorum deo attribuun
tur.Reſtat queſtio utrum ratiões omnium
predicamentorum deo attribuuntur. Vbi
etiam intelligendum eſt quod rationes pre
dicamentorum deo debent attribui ãmota
omni imperfectione & limitatione. quia ſi
cut ens commune ad finitum uel ĩfinitum:
ita quelibet perfectio eſt communis ad fini
tum uel infinitum.Puta ſapientia &ce.quia
nobilior conditio eſt infinitas quam finitas
Ideo quibus poteſt competere infinitas . Si
deo attribuantur attribui debent ut illimi-
tata & infinita:quibus autem non competit
infinitas nec finitas ut puta relatio ſecundũ
aliquos ſi deo attribuantur ſaltem ſibi non
attribuentur ut finita:& per conſequens ut
ammota limitatione. ¶ SEQVITVR
ergo ſecundum hunc intellectum de.ii.arti.
ubi dico ꝙ remota limitatione & imperfe
ctione qualibet a predicamento ſubſtantie
& a predicamento actionis . & paſſionis.&
a predicamento relatõnis & qualitatis: & q̃
titatis poſſunt rationes predicamẽtales iſto
rum predicamentorum deo attribui. Quia
predicamentalis ratio ſubſtantie poſſit deo
attribui.oſtenditur ſic.ſubſtantia nõ eſt pre
dicamentum ratione qua aliqua ſubſiſtunt
in ea:& qua aliis ſubſiſtat quod ẽ idem: ſed
qua ſubſiſtit in ſe:ſed iſta ratio ſecunda po-
tiſſime deo conuenit quando remouet̃ om
nis limitatio & imperfectio a predicamẽto
ſubſtantie.igitur.&ce.probo maiorem . ſub
ſtantia enim inquantum ſubſtãtia eſt abſo-
luta & non dependens ergo ꝙ ſubſtãtia di
catur ex reſpectu & dependẽtia ad aliud cu
ius ratio eſt aliis ſubſtare:hoc accidit ſubſtan
tie:ſed ratio generis ſubſtantie non ſumit̃
reſpectu eius quod accidit ſibi :ſed reſpectu
eius quod eſt intrinſecum ſibi ergo rõ gene
ris ſubſtantie non ſumitur ex hoc ꝙ aliquis
ſubſtat ſed ex hoc ꝙ in ſe ſubſiſtit . ¶ Itẽ
in primo genere ſimpliciter dñe prime ſeip
ſis diſtinguntur. & genus ſimpliciter aliter
enim nec genus eſſet ſimpliciter primum:
nec dñe eſſent ſimpli.iter prime :igitur due
prime ſubſtãtie ſeipſis prio diſtinguntur & ge
nus ſimpl̃r ñ.ergo ex reſpectu ad aliud :nec
obſtat arti.exoniẽſis.xv.q dicit ꝙ cũ prima
ẽ in gñe:& nõ extra genus error.poſſet dici
uerum eſt ꝙ.eſt error ꝙ ſic ſit in genere :ꝙ nõ
extra imperfectiones que accñt gñi q̃ ſunt li

mitatio & potentialitas & huiuſmodi.tam̃
non eſt error quin ſit in genere quantū ad
formalem rationem generis ammota om-
ni imperfectione.Huius opi.eſt henri. in ſū
ma arti.xxxii.q.iiii. ¶ SED hic duo du-
bia ſoluuntur.a quibuſdam enim dubitaba
tur unde accipi poterit ratio generis ſubſtā
tie non poteſt enim accipi a ſubſtantia com
poſita.quia tunc nec ratio generis conueni
ret deo:nec angelis:nec a ſubſtantia ut dici
tur de materia.aut ut dicitur de forma.quia
iſtis non conuenit ratio generis cum ſint in
genere per reductionem .Principia enim re
rum que ſunt in genere ſunt ſolum in gene
re per reductionem:nec a ſubſtantia ut ē cō
munis ad ſubſtantiam dictam de materia:
forma.& compoſito.quia iſta non inueniun
tur in linea predicamentali ſubſtātie ſed ſo
lum ſubſtantie per ſe entis aſſignantur in ge
nere.ut patet de corporeo.& icorporeo &c.
Dicebatur quod imo a ſubſtantia que ē for
ma accipitur totalis ratio generis & dr̃ie:
& per conſequens ſpecies . Vnde imaginat̃
quod ab anima ſenſitiua ut eſt forma i uni
uerſali accepta accipitur ratō generis :& a ra
tione ſubſtantiali contrahente ipſam accipi
tur differētia.& ita ſpecies & genus & diffe
rere accipiūtur a forma:cum igitur deus ſit
forma beñ ſibi cōpetit ratio ꝑdicamēti ſub
ſtantie & hec uidetur opi. commentatoris.
ii.phiſicorum commento.xxviii. loquēs de
cauſa formali mere ut diſtinguitur cōtra cau
ſam materialem dicit quod hec eſt cā quā
dat ratio ſignificans quiditatem rei.ſ.diffini
tio & dixit hoc.quia diffinitiones cōponun
tur ex forma uniuerſali que eſt genus . & ꝓ
pria que eſt differentia. ¶ Idem uult pri-
mo metaphiſice commento primo. Nota
ex premiſſis quod pars materialis non eſt
pars generis uel dr̃e nec eſt pars diffinitiōis.
Contra diffinitio indicat totam quiditatē
rei:ſed materia eſt pars quiditatiua rei mate
rialis ergo diffinitō indicat materiale & for
male ergo genus & differētia utrunque ſu-
mitur a materia & forma uel unum a mate
ria reliquum a forma. Item ſecundum illā
intentionem ſecundum quam aliquid dici
tur de aliquo dicendo hoc eſt hoc :ſecundū
eandem oportet.quod hoc ſit equum ſibi
& non excedens neque deficiens.quia in il
la intentione qua excederet uel deficeret ñ
poſſet dici hoc eſt hoc:ſed de compoſito in
genere ſubſtantie dicitur quod hoc eſt hoc
puta ſortes eſt homo uel animal ergo inten
tio hominis uel animalis que ſunt intentio
nes generis & ſpeciei ſunt eque intentioni
rei compoſite ex materia & forma & non
excedentes nec deficientes:& ita utrunque
tam genus quam differentia ſumitur tam a
materia q̃ a forma. Ad commentatorem di
co quod non loquitur de integra intentio-
ne generis & dr̃e que utrobique ſumitur
a materia & forma ſed de formali ratione
tantum que utrobique ſumitur a forma li-
cet diuerſimode ſecundum cōmune & pro
prium.propter quod dico ꝙ ratio generis
ſubſtantie nec dicitur a ſubſtantia: ut cōpo-
ſita:nec materia:nec ut forma :nec ut cōmu
nis ad iſta:ſed prout ſubſtantia dicitur a ſub
ſiſtentia:ſed.vii.de trini.c .iii. uel omnis res
ad ſe ſubſiſtit quantomagis deus . probatio
aſſumpti per argumentum aug . Ibidem.ꝓ
bat enim contra grecos quod male conce-
dunt quod in deo ſunt tres ſubſtantie licet
non tres eſſentie ſic.quia hoc dato oportet
aliud eſſe ipſum ſubſiſtere & aliud ipm eē.
exemplum.quia concedimus tres perſonas
& non tres eſſentias . ideo aliud eſt eſſe &
aliud patrem eſſe:ſed illa alietas erit in rela
tionibus necceſſario.ergo deus ſubſiſtit rela-
tiue.hoc eſt ipoſſibile.tunc arguo ad probā
dum ſubſtātiam non differre ab eſſentia ac
cipit enim quod ſubſtantia dicitur a ſubſiſte
re;ſed hoc nō eſſet apparens niſi ſubſtantia
ex formali ratione generis diceretur a ſub-
ſiſtentia.Quia ſi eſſet differentia generis ac
cidentalis uel proprietas conſequens non ꝓ
baretur quin poſſet eſſe ſubſtantia ꝑter hoc
quod in per ſe intellectu ſuo includeret ſub
ſiſtentiam.Confirmatur. Ibidem enim com
parat ſubſtantiam dictam a ſubſiſtere ad re
lationem dictam de paternitate dicēs ꝙ ali
ter relatiue ſubſiſteret ſicut pater: ſed pater
includit relationem ſecundum rationē ſui
generis.ergo ſubſtantia ſubſiſtentiam. Item
qua ratione una ſubſtantia contenta ſub ge
nere accipitur a ſubſiſtentia & quelibet . qa
omnia contenta ſub genere participant
unam rationem generalem :ſed ſubſtantia
incorporea ſolum dicit rationem ſubſtantie
ut ſubſtantia dicit ſubſiſtentiam.quia ſecun
dum philoſophum ſubſtantia in eis nō ſub
ſtat accidentibus operatio enim in eis ut cō
muniter dicitur ſecundum philoſophum

eſt ipſa ſubſtantia:qualiter autem ratio ge
neris poterit accipi a ſubſiſtētia ut eſt com
munis intentio ſubſtātie dicte de deo et de
creatura non obſtante quod res ſubſtās iſtis
intentionibus non fuit res eiuſdem ratiōis.
Require li.ii.di.iii.arti.ii.in reſponſione ad
primam dubitationē. ❡ SECVNDVM
dubium eſt de dicto Aug.v.de trini .ca. vi.
ubi dicit contra grecos quod nomen ſubſtā
tie non proprie dicitur de deo.quia ſubſtan
tia proprie intelligitur in quibus ſubiectis
ſunt ea que inſunt:ſed deus non eſt ſubie-
ctum ſue bonitatis et cetera. et concludit deū
abuſiue dicit ſubſtantiam:ſed ſi ratio ſubſi
ſtentie eſſet formalis ratio generis ſubſtātie
non diceretur abuſiue deus ſubſtantia licet
non ſubiceretur accidentibus cum deus ma
xime ſubſiſtit ut predixit.c.v.ergo ratio ſub
ſiſtentie non eſt formalis ratio ſubſtātie:ſed
aliis ſubſtare eſt formalis ratio eius. Reſpon
ſio quod cum Aug.c.v.probauit ꝙ in deo
non ſunt tres ſubſtantie per hoc quod ſub-
ſtantia dicitur a ſubſiſtentia &cetera.ix .ꝓbat
quod non dicitur proprie ſubſtantia in deo
quia non ſubſtat accidētibus per hoc quod
non intendit niſi probarē quod dictum gre
corum eſt falſum quocunque modo accipi-
ant ſubſtantiam ſicut uerbigratia philoſo-
phus.vii.phiſicorum textu commenti.xvii.
uolens probare quod ad habitum non eſt
motus:conſiderans quod habitus eſt abſo-
lutum.quia prima ſpecies qualitatis. eſt que
dam perfectio & reſpectiuum.quia ſcientia
maxime ad aliquid dicitur.v.metaphi. tex
tu commenti.xx. precipue & principaliter
ſeptimo phiſicorum textu commenti. xx.
dupliciter probat ſuum intētum. primo ꝙ
ad ipſum non eſt motus .quia eſt perfectio
hoc quo ad eſſe abſolutum ſuum. ſecundo
quia in ad aliquid non eſt motus. hoc quo
ad eius reſpectum quando ergo dicis ꝙ ſub
ſtantia dicitur ſubici accidentibus concedo
ſed hoc non excludit quinetiam dicatur a
ſubſiſtentia & principalius etiam cū ſua ſub
ſiſtentia ſit ſibi ratio per quam poteſt aliis
ſubici.ſicut ſecundum aliquos habitus ē ab
ſolutum principalius licet ſit ſimul relatiuū
& quando dicit Aug.dicit quod abuſiue di
citur deus ſubſtantia.dico uerum eſt limitā
do ſubſtantiam ad iſtum ſecundum modū
quo ſubſtantia dicitur a ſubici accidentibus
non tamen dicitur abuſiue ſubſtantia exclu
dendo ſic uidelicet quod deus non dicatur
proprie ſubſtantia ſecundum quod ſubſtan
tia dicitur a ſubſiſtētia imo Aug. ibidē affir
mat hoc ſtatim dicens:ſed potius dicit deuſ
eſſentia)cum moyſes dicat ego ſum q ſum:
ſed in hoc quod dicit ego ſum qui ſum im
portatur ſubſiſtentia)ergo per additionem
affirmatiuam alicuius patet ꝙ ſubſtantia di
citur a ſubſiſtentia & ꝙ ut ſic conuenit deo
ratione ſubſtātie.Quod formalis ratio rela
tionis ſit in deo ſatis patet ex regula phi.li.
predicamentorum.c.de ad aliquid dicentis
ꝙ quando aliqua duo ſic ſe habent ꝙ om
nibus aliis circonſcriptis ſi ipſa inquantum
huiuſmodi dicuntur conuertentia ipſa ſunt
uere relatiua.uerbigratia ſecundum ipſum
circumſcripto a domino & ſeruo eſſe homi
nem:& eſſe animal.& eſſe bipedem:& hoc
ſolo retento quod aliquis dominus dicere-
tur ad ſeruum erūt relatiua & econuerſo.eo
dem modo erit ex parte ſerui:ſed in diuiniſ
circumſcripto quocunque alio & retento ꝙ
ibi ſit pater ipſe dicetur ad filium & econ-
uerſo:& ex parte filii circunſcipto quocun
que alio & retento ꝙ ibi ſit filius dicetur ad
patrem.igitur &cetera. ❡ Et eſt hic intelligen
dum ꝙ relatio ſic eſt ibi poſita quod forma
liter diſtinguitur a reſpectu de genere actio
nis.unde imagior quod ipſa potentia gene
ratiua ſecundum ſe preciſe accepta)etiam ſi
ne hoc quod includat actum generandi q
dicit reſpectum de genere actionis)formali
ter eſt regula probatur di.v.q.ii.arti.i.
❡ Quod probatur ſic.ſpecies relatōnis de
bemus accipere ſecundum ꝙ aſſignatur a
phō.ſed.v.metha.c.de ad aliquid textu cō-
menti.xx.aſſignatur ſpecies relationis mo-
do potētie non ſolum ſecundum quod eli
cit actum:ſed quia elicere poteſt:ergo potē
tia generatiua in diuinis eſt formaliter rela
latiua preciſe accepta minor patet.ait enim
actiua & paſſiua per potentiam actiuam &
paſſiuam ſunt & actiones potentiarum ut
calefactiuum ad calefactibile quia poteſt.&
iterum calefaciens ad calefactum tanq̄ agē
tia.nota quod poteſt. Item inter que eſt de
terminata habitudo talis quod quolibet
alio circunſcripto mutuo ſe reſpiciunt ipſa
ſunt relatiua. Hoc probatur ſupra ſed cir-
cunſcripto actu generandi & retenta po-
tentia generatiua ipſa dicit determinatam
habitudinem ſcilicet ad generare igitur. &

cetera.Hec eſt intentio Auguſtini in ſuis cathegoriis per tractans illud quod relatiua ſunt ſimul natura dicit quod contra hoc mouent ſuperfluam queſtionem dicentes quod unum relatiuorum eſt ante aliud . ut ſcibile ante ſcientiam.Reſpondet quod eſt ad propoſitum hoc ſolent perſonarum naturam intuentes rerum aſtruere . quia omnia que ſunt aut naturali potentia dicuntur eſſe aut operatione faciendi.& infra . ſcibili enim in ipſo ortu nature ſcientia ſociata eſt ſcibile nanque(ut ſcibile eſſe cepit)habuit ſui ſcientiam:ſed nondum operatione mõſtrata eſt.non ergo cepit eſſe ſcientia quando cepit operari:ſed cum ipſo ſcibili orta ẽ & operatio eius poſtea eſt conſecuta & in fine.diffinitio ergo relatiuorum eſt uel ſimul naſci uľ ſimul extingui. ¶NOTA quod expreſſe ponit relatiua ſimul eſſe natura non actu uel operatione:ſed potentia naturali precedente operationem & eſſe in actu conſequente operationem.& hoc eſt quod dicit.non ergo cepit eſſe ſcientia &ce.

¶ITEM qua ratione poteſt fundari ſuper potentiam actiuam & paſſiuam deficiente actu elicito eadem ratione & ſuper ipſas ut precedunt actus . Hoc patet quia ita bene eſt realis habitudo inter actiuum & paſſiuum ſicut ĩter illud quod egit & quod actum eſt ſed deficiente actu elicito eſt relatio realis inter alia ſicut inter patrem q̄ egit & filium qui actus eſt.igitur &cete . Maior expreſſe ponitur a phi.v.metaphiſice. c. de ad aliquid textu commenti.xx.ubi ita dicit eorum aliqui ſunt ſecundum potentiam & ſecundum iam tempora dicuntur ad aliq̄d ut quod fecit ad factum & facturum ad faciendum &cete.Ecce expreſſe ponitur relatio fundari ſuper potentiam actiuam & paſſiuam ut preſcindunt actus cum dicitur factuum ad faciendum . minor ponitur ibidem. Vnde hoc eſt intelligendum quod relatio modo potentie tribus modis fundatˀ ſuper potentiam actiuam & paſſiuam .uno modo ut preſcindunt actus . Aliomodo ut ſubſunt actui elicito. Tertiomodo manentes poſt actũ.Iſti tres mõi exp̄ſſe ponũtˀ.v. metaphiſice capitulo de ad aliquid tex . cõmenti.xx.ubi dicitur actiua uero & paſſiua ſecundum potentiam actiuam & paſſiuam ſunt:ut calefactiuum ad calefactibile quia poteſt.Ecce primum & ſecundum actiones potentiarum ut calefaciens ad illud quod calefacit tanquam agentia. ecce ſecundum. Et infra eorum aliqui ſecundum potentiã et ſecundum tempora iam dicũtur ut quod fecit ad factum.ecce tertium . Item eſt notãdum quod predicamenta actionis & paſſionis preciſe fundantur ſuper actum ut eſt in elici.& hoc eſt quod philoſophus in predicamentis expreſſe nominat actionem & paſſionem per agere et pati in abſtracto nõ autem in ſpecificatione iſtorum predicamẽtorum includit nec potentiam actiuam nec paſſiuam.unde ait ſic :recipit autem agere & pati contrarietatem:et magis et minus. calefacere enim ad frigendum facere cõtrarium eſt.Ecce expreſſe iſta predicamẽta ſpecificantur per facere & pati in abſtracto nõ autem per incluſionem ipſarum potentiarum.applicando ergo ad propoſitum dico quod cum in diuinis eſt potentia generatiua que eſt principium actus et que remanet in patre ut actu elicit et que remanet in patre terminato actu generandi et etiam eſt ibi quartum.ſ.ipſum eliceˀ uel generare preciſe acceptum et proprie pertinet ad predicamentum actionis ut habetur li.v. q.i.articulo.i.dico ſecundum hoc quod predicamẽtum relationis iſtis tribus modis accipitur ĩ diuinis etiam diſtinctum a predicamento actionis de hoc li.i.d.v.q.ii.articulo.i .et di. xxvi.ſ opi.de generatiuitate quod ratio formalis actionis et paſſionis deo attribuuntˀ ubi premitto propter auctoritates boecii et aliorum ſanctorum . quod communiter dicunt quod tantum duo predicamenta ſunt in diuinis.ſcilicet ſubſtantia et relatio quod ut plurimi ſancti ad illa attendunt que ſpecialiter ponuntur propter conſtitutionem p̄ſonarum et ſic ſunt tantum duo. ¶ALII autem doctores attendunt ad omnes formales rationes que deo poſſunt attirbui : non ſolum ratione conſtitutionis perſonarum:ſed etiam ratione productionis perſonarum ut ſunt actio et paſſio:uel eque deo conueniunt abſolute ut ſunt aliqua attributa pertinentia ad genus qualitatis ſicut eſt ſapientia:potentia et huiuſmodi : et quedam ad genus quantitatis ut magnitudo et numerus et ſecundum hoc attribuunt q̄dam relationes plurium generum q̄ duorũ deo:ſed hoc remota omni limitatione et ĩ perfectione. ¶Dicũt ergo quidã hẽri .pte

de relatione arti.vii.q.ii.quattuor primo ꝙ preciſo motu in quibus reſpectus actiōis & paſſionis caracterizantur.manent actio & paſſio in diuinis quo ad ꝓprios ſuos reſpectus Secundo addunt ꝙ in generatione naturali uidemus duo genera reſpectuum fundatorum in motu.unum eſt ſecundum ꝙ motus eſt ab agente in paſſum quod eſt a quo & in quod.aliud eſt circa productum q ſunt a quo alius & q ab alio: ſed primi reſpectus non poſſunt poni in deo ſicut nec motus.ſi igitur actio & paſſio intelligantur cōſtitueī duo predicamenta ratione motus:aut ratione reſpectuum qui ſunt a quo & in quod & per illos reſpectus ponantur duo genera diſtincta:ſic actio & paſſio ſecundum rationē formalem ſui generis non poſſunt poni in deo.ſi autem actio & paſſio accipiantur ſecūdum illos duos reſpectus qui ſunt & quo alius & qui ab alio:& in diuinis eſt generare & generari qui ſunt & quo alius. & q ab aliquo:illomodo ſunt rationes predicamentales actionis.& paſſionis in deo. Tertio dicunt ꝙ hoc eſt tantum actionem & paſſionem eſſe in diuinis ſecūdum rationem ſpeciey non ſecūdum rationem generis quemadmodum ſi ī creaturis ꝑimpoſſibile eſſet alicuius generatio abſq; omni motu & trāſmutatione abſolueretur ratio ſpeciei que ē generatio actiua & paſſiua quantum ad reſpectus qui ſunt a quo alius.& quod ab alio a ratione generis quod ē actio & paſſio ſimpliciter includētes reſpectus qui ſunt a quo & in quod fundatos in motu Quarto dicūt ꝙ catholici noluerunt ponere paſſionem ī diuinis ſicut actionem. Dicit enim Aug.v. de trini.c.x .uel.viii .ꝙ ad faciēdum actum fortaſſis de ſolo deo ueriſſime dicitur ſolus enim deus facit:neq; patitur hoc quia reſpectus actionis qui eſt a quo eſt unus & idem & in ratione generis & ſpeciei & ideo poteſt poni ibi actio ſecundum rationem generis.& ſpeciei.reſpectus autē paſſionis q ē in qđ qui conuenit ei eſt alius & famoſior ꝙ̄ reſpectus qui ab alio .¶ ET quia ꝛſpectus qui in non eſt in deo ideo paſſio negaſ poni in deo cum tamen eſt ibi realiter ſecundum reſpectum realem qui eſt quod ab: & per cōſequens/ſecundum rationem ſpeciei.

¶ PRIMO ergo tenendo cum ipſo concludo ꝙ reſpectus actionis & paſſionis ſunt in deo preciſa omni limitatione & imperfectione & hoc non intelligendo de phiſica que includit motum primo ſic. In diuinis ē ueriſſime producens et productū ergo actio et paſſio ueriſſime. probatio aſſumpti niſi enim ibi ueriſſime eſſent producens et productum illa productio nō eſſet ſimpliciter prima.quia primum in quolibet ordine eſt per eſſentiam et ueriſſime tale. probatio cōſequentie.quia infertur forma denominans de denominato.ſicut hic murus eſt albus ergo albedo eſt in muro . Item. in diuinis eſt ueriſſime actio preſenti actiōis dempta omni limitatione et ī perfectione.igitur et paſſio preſenti paſſionis preciſa omni limitatione et imperfectione conſequentia eſt manifeſta.quia reſpectus agentis inquātum huius non eſt abſolutus . quia hoc eſſet oppoſitum in adiecto igitur ē reſpectu eius cuius eſt agens:ſed illud eſt patiens igitur &c.probatio aſſumpti.quia in diuinis eſt ueriſſime potentia actiua.Aliter enim nō eſſet ibi ueriſſime pater.paternitas enim fundatur ſup potentiam actiuam.v.meta.tex. commēti . xx.ergo agere ueriſſime . Aliter enim eſſet potentia in natura fruſtra. Item actio unde actio nullam imperfectionem dicit. quia dicit tantum communicatiōem et dationem eſſe ergo eſt ponendum dempta limitatione et imperfectione . Et ꝙ iſta predicamenta ſunt in deo ut diſtinguntur cōtra relationem. ꝓbatio cum relatiua ſunt ſimul natura.et neutrum eſt alii cauſa ut ſit:hoc nō poteſt intelligi quantum ad cauſalitatem uirtualem ſeu radicalem.quia calefactiuum ꝙ dicitur relatiue ad calefactibile eſt cauſa uirtualis reſpectu caloris in calefactibili ergo oportet intelligi formaliter:ſed in actu generationis diuine eſt cauſalitas formalis.ſ. generare.generat enim formaliter generatiōe. ergo reſpectus cauſales eius ſunt generare & ſpirare que fundātur in diuina generatione non erunt reſpectus de genere relationis . eodemmodo arguitur ex parte paſſionis ꝙ reſpectus terminans cauſalitatem uel cōmunicationem uel generationem generantis eſt alius a reſpectu relationis ſimpliciter . quia.ſcilicet neutrum relatiuorum inquantum huius . eſt ab alia cauſatum : ſed terminans cauſalitatem uel communicationem ſiue generationem generantis eſt patiens igitur reſpectus paſſionis ē alius a reſpectu relationis ſimpliciter.ergo ſequtur

ꝙ reſpectus a quo alius & quo ab alio quorum unus ſe tenet ex parte generantis & alius a parte geniti ſunt duo reſpectus ſuper additi relationi. Item ad illud auic. iii. metha .c.io. manifeſtum eſt quod relatiua poſſunt accipi in ſpeciebus conformitatis. Et in his que ſunt per actionem & paſſionem: & in his que proueniunt ex potentia & infra que uero per potentiam ſunt ut uictor: expulſor ablator: & ſimilia. que uero ſunt per actionem & paſſionem ſunt ut pater & filius: & inciſor & inciſum: & ſimilia. Tunc arguo relatio filiationis: & paternitatis ſunt relatiua ſecundum actionem & paſſionem ut relatiua ſecundum actionem & paſſioné diſtinguntur cōtra relatiua mō potētie in genere relatiōis ut manifeſte diſtinguit auice. Sed in diuinis eſt uera relatio paternitatis & filiationis. igitur in diuinis ſunt relatiua ſecundum actionem & paſſionem. ut relatiua ſecundum actionem & paſſionem diſtinguntur contra relatiua modo potentie in genere relationis. Item hec eſt uera pater actualiter generans poteſt generare filium & hic filius genitus poteſt generari: ſed potens generare uel generari: aut hoc poteſt potentia abiciente actum: aut potentia que eſt habitus: aut potētia ut eſt informata actu exercito: ſed manifeſtum eſt quod pater in diuinis non poteſt generare filium tantū per potentiam que abicit actū: uel que habitus tantum. quia tunc filius per generationem illam non eſſet i effectu: igitur hoc poteſt per potentiam informatam actu exercito. ſed actus exercitus qui eſt generare & generari ſecundum illud quod eſt formaliter actio & paſſio ergo dempta omni imperfectione que eſt i actione & paſſione. actio & paſſio formaliter ſunt in deo. Quia predicamentum paſſionis ponatur in deo probo ſic. filiatio ueriſſime ponitur in diuinis & diſtincta contra paternitatem ſed hoc eſt remota omni imperfectione. igitur eadem ratione paſſio ſecūdum quam filius eſt obiectiue genitus uel productus poteſt poni in diuinis ut diſtincta contra actioné: ſed remouendo omnem imperfectionem huiuſmodi rationis euidentia haberi poteſt a maiori quia filiatio que eſt pura relatio eſt minus perfecta ꝙ̄ ipa paſſio. quia relatio minus habet de entitate inter omnia predicamenta. xii. met. tex. commēti. deciminoni ergo a filiatione eſt poſſibile ꝑſcindere omnem imperfectionem & ſic poni in diuinis a maiori erit hoc poſſibile ꝙ a paſſione preſcindatur omnis imperfectio & ueriſſime ponatur in diuinis. Item hoc ſpetialiter probo de paſſione. quia plus negat de paſſione ꝙ̄ de actione ſic. in filio eſt potentia paſſiua qua ab eodem eſt productus uel genitus igr in filio ē productio paſſiua uł generatio paſſiua conſequentia patet. quia aliter eſſet potentia cui non correſpōderet actio alia aut operatio & ita fruſtra quod ē impoſſibile de paſſiua ſicut de actiua. quia eque eſt inconueniens ꝙ paſſiua ſit fruſtra ſicut actiua. Antecedens probatur. primo qa ubi uere & proprie & realiter eſt relatio realis ibi uere & proprie & realiter eſt propria ratio fundandi. patet etiam in diuinis ꝙ qa paternitas uere & realiter ē in deo ideo potentia actiua elicitiue conceditur in deo & hoc in ratione proprii fundamenti utrunqȝ iſtorum ꝑbatur. di. iiii. arti. i. ſed filiatio uere & proprie & realiter eſt in filio ergo & eius proprius modus fundandi: ſed ꝓprium fundamentum filiationis eſt potētia paſſiua qua obiectiue filius eſt paſſiue genitus. ut habetur. v. metha. tex. commenti. xx. Vbi uult ꝙ uniuerſaliter inter actiuum & paſſiuum ſit mutua relatio & non ſolum inter actiuū & potentiam paſſiuam ſubiectiuam. ſed inter actiuum & paſſiuum ſecundum potentiam obiectiuam. uult enim ꝙ non ſolum inter calefactiuum & calefactibilę quod ſe habet in ratione ſubiecti tranſmutabilis ad formam & in aliis huiuſmodi ſit mutua relatio realis: ſed inter patrem & filium qui filius ſe habet ut terminus obiectiue productus: ſed licet in diuinis non concedatur potentia paſſiua ſubiectiua. ibi tamen uere cōceditur obiectiue ꝙ filius eſt obiectiue uere productus ſecundum omnem opi. igitur. &cet. tertio repugnantia in intellectu eſt dicere aliquid eſſe ab alio ſeu ab alio accipere eſſe & ꝙ non habeat potentiam paſſiuā ſaltem obiectiuam qua poſſit ab alio produci. quia poneretur actus & negaretur potentialitas ad talem actum. ſed ſecundum omnes. conceditur ꝙ filius eſt genitus a patre. & accipitur eſſe a patre & huiuſmodi. igitur. &ce. ¶ CONTRA hoc quod iſti dicunt ꝙ genus predicamenti paſſionis cōſtituitur formaliter per reſpectum qui eſt in

argumento genus ſecundū intentionē que ē
genus p̄dicaꝛ de qualibet ſua ſpē .Hec ē enī
diffinitio generis p̄dicari de ſpēbus . ſi ergo
paſſio eſſet formaliter p̄dicamētum p reſpe
ctū eſſendi in .p̄dicareꝛ de qualibet ſpē paſ
ſionis:ſed de illo quod ꝑduciꝛ obiectiue(ut
ipſi dicunt & ueritas ē cū ſit ſpēs paſſionis ut
ēt ipſi dicunt & uerū eſt)non p̄dicatur reſpe
ctus eſſendi in.nō enim hō ꝑductus ſubiecti
ue recipiꝛ in aliquo:ſed in ſe ſubſiſtit.igiꝛ re
ſpectus eſſendi in:non cōſtituit formaliter p̄
dicamētū paſſionis. Dico igitur ꝙ reſpectus
eſſendi in & reſpectus eſſendi ab obiectiuis
ſunt directe ſpecies paſſionis : ſed paſſio ſe-
cundum aliam intentionē comunem utri-
qꝫ eſt formaliter predicamentum.

¶ CONTRA aliud dictū ē ꝙ dicit ꝙ in
diuinis ē genus actiōis quo ad rōnē generis
& ſpēi non tñ genus paſſiōis niſi quo ad rō
nem ſpēi tm̄. Arguo ſic.actus & potētia uni
uerſaliter dicte adinuicē ſunt cōiſſime diffe
rente dr̄iarum.ergo cuilibet intentiōi actus
corr̄ndet ꝑpria intētio potētie & ꝑportiōa
ta:& econuerſo.aliter.n.nō dicerenꝛ adinui
cem uniuerſaliter:ſi ergo in actiōe diuina q̄
ē actus ſunt ĩtētiones ordinate eſſentialiter
generis & ſpēi.ergo in paſſione diuina q̄ eſt
ei potētia corr̄dens ſunt eedem due intētō
nes oīno ordinate eſſentialiter corr̄dentes
genus ergo & ſpēs paſſionis eodēmō ſunt i
diuinis ſicut & actiōis. ¶ ITEM i quocūqꝫ
poniꝛ ſpēs ſcdm formalē rōem ſpēi de neceſ
ſitate poniꝛ genus:Dico ſcdm rōem ſpēi for
malē:qa ſi ſapiētia ſcdm rōnē formalē q̄ eſt
ſpēs qualitatis poneretꝛ in diuinis neceſſario
poneretꝛ genus qualitatis in deo ſicut qa ſpēs
relatiōis puta p̄nitatis poniꝛ in deo ſecudū
formalē rōnē ſpēi relatōis potētie. Ideo cōis
intētio generis relatiōis poniꝛ in deo:nūc āt
(qa ſapientia poniꝛ in deo)nō hēt ſcdm rō
nē que ē ſpēs qualitatis:ut diciꝛ cōiter:tm̄ ſe
cundū aliquē modū pfectionalē eius ꝙ uni-
cuiqꝫ melius ē eſſe ſapientē q̄ non eſſe ideo
hoc nō oportet:ſed ut iſti dicūt paſſio ē in di
uinis uerīſſime ſcdm rōnē ſpēi formalē igiꝛ
ſeqtur ꝙ uerīſſime erit ſcdm rōnē generis.

¶ DICIT aureolus cōtra me ꝙ in diuinis
ꝓductioni.exemplũ:eſſentia in patre eſt pri cipium ꝓductionis filii quia eſſentia ut ſub reſpectu paternitatis nõ repugnat eẽ principium ꝓductionis filii eſſentia ãt in filio nõ ẽ pricipiũ ꝓductiõis pr̃is. qa eſſentia in filio eſt ſub reſpectu repugnante ad ꝓductiõem pr̃is:filio.n.repugnat ꝓducere ſuũ patrẽ: ſed eſſentia ut in pr̃e non eſt ſub reſpectu repugnante ꝓductioni filii ut ꝑ ſe patet.nec eẽn tia ut in pr̃e & in filio eſt ſub reſpectu repugnante ꝓductioni.s.s.non enim repugnat duobus ſpirare.ergo eſſentia ut in una pſona & eſſentia ut in duabus pſonis eſt ſufficiens principium ꝓducendi diſtinctas pſonas ita ꝙ ille emanationes p̃ciſe erunt diſtincte propter ſuppoſita diſtincta & nullo modo propter aliam diſtinctionem formalem in principiis elicitiuis ſcilicet intellectus & uoluntatis. ¶ TVNC dubitat̃ quomodo ibi ſaluat̃ ueriſſime uerbum & amor cum ille emanationes non ſunt ꝑ intellectum & uoluntatem: ¶ RESPONDENT.iiii. ar.ꝙ de ratione uerbi & amoris ſunt duo. unum eſt ꝙ habent ꝓprium.s.quod primũ quod ꝓducit̃ in natura intellectuali eſt uerbum.Secundum autem quod ꝓducit̃ in natura intellectuali eſt amor. ¶ ALIVD habent ꝓprium quod uerbum in natura intellectuali eſt ab intellectu:amor autem a uoluntate:Ad ꝓpoſitum dicunt ꝙ in diuinis ueriſſime ſaluat̃ uerbum.ſ.& amor q̃tum ad hoc ꝙ filius primum eſt quod ꝓducit̃ in natura intellectuali eſt uerbum &.ſ.ſ.quod eſt ſcdm ꝓductũ in natura itellectuali ẽ amor: non autem in diuinis debet ſaluari ueriſſime amor & uerbum q̃tum ad hoc ꝙ uerbũ ꝓcedit ab intellectu &.ſ.ſ.a uoluntate tanq̃ a principiis diſtinctis. Contra oſtendo: ꝙ iſtam reſponſionem non oportet dare quia aliter ualde apparentius poſſet reſponderi dicendo ꝙ licet in deo non diſtinguant̃ formaliter uolũtas & intellectus tñ ĩ deo ẽ formaliter intellectus & formaliter uoluntas. quando ergo querit̃ quomodo erit ibi ueriſſime uerbum & ueriſſime amor:ſufficit ꝙ ibi ſit formaliter ex natura rei intellectus & uoluntas.ꝙ autem diſtinguant̃ in deo formaliter intellectus & uoluntas non requirit̃.ſufficit enim ꝙ formali termino.s.uerbo correſpondeat formale principium.s.intellectus:& amori uoluntas.ꝙ autem iſta formalia principia formaliter diſtinguat̃ non oportet.non enim requirit̃ tanta diſtinctio in pricipiis ſicut in principiatis. declarationem huius quere di.ii.q.ii.ar.iiii. ¶ ITEM contra reſponſionem illam ĩ ſe arguo ſic. quia illud qđ ꝓducit̃ in creaturis tanq̃ primũ ĩ natura intellectuali illud nõ eſt uerbũ ſi hoc ĩtelligat̃ de abſolute pri͛o.qa primũ abſolute loquẽdo in natura ĩtellectuali ẽ intellectus agens ſcdm ponẽtes potẽtias aĩe oriri ab eẽna:ſed in deo nõ ẽ intellectus agens: ergo iſto mõ dicẽdi nõ ſaluabit̃ uere uerbũ ĩ diuinis. hoc ẽt non põt ĩtelligi de pri͛o qđ ꝓcedit de intellectu niſi hoc intelligẽdo de potẽtia pri͛a ſed de alia ſubſtantia que primo ꝓcedit in natura intellectuali.ſicut ymaginaremur ꝙ intellectus ꝑ actum intelligendi ꝓduceret unã intelligentiam ſicut poſuit auicẽ.de intelligentiis.quia ubicũq; conceditur ꝓductio ſubſtantie ibi nõ ſolum cõcedit̃ ſubſtantia que eſt terminus ꝓductionis ſed cõcedit̃ potentia:ſicut in diuinis cõcedimus potẽtiam gñatiuam.ſic ergo oportet cõcedi ꝙ illud ẽ uerbum quod ꝓcedit primo in natura intellectuali a potentia intellectiua ut potentia eſt diſtincta cõtra ſubſtantiam intellectualẽ & cõtra intellectum agentem:quã potentiã intellectiuam uocamus in nobis poſſibilem & hoc eſt ꝓpoſitum:ſed qđ intellectus cognitiuus dei qui in nobis uocat̃ poſſibilis ẽ formale principium ꝓducendi uerbũ. Ad hoc di.v.q.ii.ar.i.ſ.Item põt argui ſic ſicut in.s.s. reſpectu utriuſq; pſone ponit̃ unus diſtinctus reſpectus.s. ſpiratio paſſiua & ẽt in filio reſpectus patris ponit̃ unus diſtinctus reſpectus.s.gñatio paſſiua ita ecõuerſo in patre generãte reſpectu filii ponit̃ unus reſpectus diſtinctus.s.paternitas & in patre & filio ſimul reſpectus .s.ponit̃ alius diſtinctus reſpectus.s.ſpiratio actio. ſcdm eñ omnes ꝑ iſtũ modũ ponunt̃.iiii.notiones ſed nulla ratio põt aſſignari quare reſpectu uerbi & amoris in deo nõ poterũt cõſimiliter cõſiderari duo reſpectus oppoſiti.s.intellectus dictiui & uoluntatis ſpiratiue ſicut reſpectu geniti & ſpirati cõcedunt̃ reſpectus diſtincti potẽtie gñatiue & ſpiratiue.nõ enim ſponunt plus cõpoſitionẽ hic q̃ ibi.ergo nõ ponere intellectũ & uoluntatẽ in diſtincta pricipia.Propter ſolutiõem argumẽtoꝝ intelligẽdum ꝙ iſta diſtinctio ĩtellectus & uolũtatis põt intelligi dupliciter. Vno mõ abſolute ꝑ diſtinctiõem ſuppoſitoꝝ ꝓductoꝝ. Alio mõ

pp cõditõem ꝓductoꝝ. Dico ergo ꝙ nõ requirit᷑ diſtinctio intellectus & uolũtatis pp diſtinctiõem ſuppoſitoꝝ ꝓductorum ymo eẽna (ut illimitate ut unitim cõtinet omnes ꝑfectiones) poſſet ꝑſonas diſtinctas ꝓducere. dũ mõ haberet principium ꝓducendi illa quodã ordine ut dicit primũ & ſcdm argumentũ. pp cõditiõem tñ ꝓductoꝝ. ſ. ꝙ una ꝑſona ẽ uerbũ & alia ꝑſona amor neceſſario requirit᷑ talis diſtinctio corrñdens principiis elicitiuis. ſ. itellectus & uolũtatis deus eĩ (ut adunate cõtinet ꝑfectiones oĩum creaturaꝝ) poſſet omnes creaturas ex illimitatiõe illa ꝓducere: ſed tñ qa alterius rõis eſt hõ & equus ideo pp cõditiõem ꝓductoꝝ alia rõe cõditus ẽ hõ: & alia equus. ad hoc di. iii. uerſus finem in. iii. dicto. ¶ PER hoc ad primũ argumentũ qñ dr̃ unitiſſime principiũ cõtinẽs &c. dico ꝙ ueꝝ eſt ꝙ ex hoc ꝙ unitiſſime cõtinet ꝑfectiões plures põt ꝓducere plura diſtincta ſed ſi illa ſuppoſita ſint uerbũ & amor pp cõditionem ꝓductoꝝ oportet ibi diſtingui principia corrñdentia ſcdm intellectũ & uoluntatẽ. Ad ſcdm eodẽ mõ dico ꝙ illa cõtinentia ꝑfectionũ & unitim ſufficeret ad diſtincta ſuppoſita ꝓducta dũ mõ ꝓducerent᷑ quodã ordine pp cõditionẽ tñ ꝓductoꝝ requireret᷑ diſtinctio in principiis. Ad tertiũ qñ dr̃ ꝙ ſufficit ꝙ eẽna nõ ſit ſub reſpectu repugnante uel oppoſito. ueꝝ eſt ꝙ ſufficeret ad ꝓductionem diſtinctoꝝ ſuppoſitoꝝ: ſed ſi ſuppoſita diſtingunt᷑ ſore talia. ſ. uerbũ & amor tũc requint᷑ diſtinctio intellectus & uolũtatis. ¶ SED adhuc iſta rñſio habet dubiũ cũ in creaturis uidelicet due potentie ſecundum ſe ſpecifice diſtincte poſſunt uenire ad idẽptitatem in aliquo iii. & tñ ſaluat᷑ cõditio ꝓpria ſuoꝝ effectuũ & diſtincta ut patet in ſole ꝙ uis que caleſacit glaciem & cõſtringit lutũ eſt eadem uis & tñ hec liqueſactio & conſtrictio retinent ſuas diſtinctiones & ꝓprias cõditiones quare ergo hoc nõ põt eſſe in diuinis ꝙ ſtante idemptitate intellectus & uoluntatis ad inuicẽ nõ poterit ſaluari ꝓpria diſtinctio ꝓductoꝝ puta ꝙ hoc ſit uerbum & illud amor. ¶ RESPONDEO primo quia uis caleſactiua & cõſtrictiua nõ ſunt in ſole niſi uirtualiter ſicut nec calor & alie qualitates. intellectus aũt & uolũtas ſecundum oẽm opĩ. ſunt in deo formaliter & habet᷑ ſupra di. ii. q. i. cõcluſione. v. & iii. ar. forma autem ubi ꝗ fuerit ſepat & diſtinguit. vii. met. tex. cõ. xlix. eſſe autem uirtuale nõ: ut patet ꝙ effectus qui uirtualiter ſunt in cã nõ hñt ibi eſſe diſtinctum: ideo nõ ẽ ſimile: ymo ĩ his que hñt agens formaliter tale ſicut eſt in ꝓpoſito ſi effectus ſint formaliter diuerſi ſequit᷑ ꝙ principia formalia ſunt formaliter diuerſa: ſi uero hñt agens uirtualiter tale ſequit᷑ ꝙ nõ oportet principia formaliter eſſe diſtincta ut dr̃ cõmuniter de ui caleſactiua in ſole Et licet ab iſta rñſione que cõcordat cũ prima que eſt multũ apparens nõ ſit neceſſe recedere: ut tñ pateat ꝙ iſte difficultates ſint multipliciter ſolubiles. Addo ſcd̃o ꝙ poſſet ꝑ aliã uiam & quaſi cõtrarium rñderi ad tres principales difficultates. poſſet enim ꝓbabiliter dici ꝙ licet uis caleſactiua & cõſtrictiua ſint idẽ q̃tũ ad eſſe abſolutum: differũt tñ ſicut due relões reales in ordine ad diuerſos terminos. & eodem mõ poſſet dici gñaliter ꝙ ubicũꝗ eſſent aliqua diſtincta ꝓducta ꝙ ẽt ex pte ꝓducentis eẽt alia diſtinctio in principiis elicitiuis q̃tũ ad eſſe relatiuum. & ſic concedendũ eẽt ꝙ uniuerſaliter requirit᷑ diſtinctio ſaltem relatiua in principiis: nõ ſolum pp conditionem ꝓductoꝝ: & ſic ſequeret᷑ ꝓpoſitũ de intellectu & uoluntate. quia nõ querimus diſtinctionem eoꝝ niſi in eſſe relatiuo uidelicet ſcdm ꝙ dicunt principia diſtinctaꝝ emanationũ. ꝙ aſſumptũ poſſet teneri patet ꝑ ꝓbabilẽ opinionẽ eoꝝ qui dicunt ꝙ forma ſubſtantialis quecũꝗ ẽ principiũ immediatũ diſtinctaꝝ operationũ. ſ. uegetatiua nutriẽdi & gñandi. & ſic de aliis formis. &c. ſic tñ ut fundat diuerſos reſpectus ad diuerſa opabilia hoc ꝓbatũ eſt li. ii. di. xxvi. ꝑ totũ & . iiii. ſi. patet ẽt ꝑ opĩonẽ de materia prima de qua cõmuniter conceditur ꝙ ẽ una & tñ ꝙ multas ĩcludat relões reales in ordine ad multa diuerſa agentia q̃ ipſam tranſmutant ad formas. patet etiam ſcdm ueritatẽ conceſſam ab oĩbus. forma. n. accñtalis ſcdm oẽs eſt immediatũ principiũ ſue opationis. & tñ alia forma accidentalis ſtãte unitate ſua eſt principiũ reſpectu diſtinctaꝝ opationũ: ut patet de calore in igne: ꝙ ſi ſuſpenderent᷑ actiones oĩm aliaꝝ qualitatũ que ſunt in igne ſi que ſint: adhuc caleſaceret & exſiccaret. ¶ SECVNDVM hoc põt reſponderi ad argumenta. Ad primum qñ dr̃ principiũ unitiſſime cõtinens &c. dico ꝙ ueꝝ eſt ex hoc ꝙ unitiſſime cõtinens põt

pducere plura ut plura:hoc tamē neceſſario coexigit̄ ꝙ ĩ illo principio abſoluto uno ſit diſtĩctõ p diſtinctas relationes ĩ ordine ad diuerſos terminos.Per idē dico ad ſcd̃m. ꝙ neqꝫ e.t ꝙ cõtinentia omnium pſectionũ in unico abſoluto ſufficeret cõcurrẽte tñ diſtin ctione relatiua in pricipiis pp diſtinctionem termioꝝ. Ad tertiũ eodem mõ dico qneqꝫ eſt ꝙ nõ ſufficit ꝙ eſſentia nõ ſit ſub reſpe ctu qui ē in ſuo oppoſito termino:ſed neceſ ſario coexigit̄ diſtĩctio relatiua relõnũ diſ- pātaꝝ in ipſo principiante. Qualiter aũt ad illa:relatio coexigat̄ habet̄ ſupra.q.ii.ar.i.& qualiter nõ eſt pricipiũ agendi ibidē.❡SE Q VITVR de.iii.ar.ubi dico ꝙ iſte ema nationes licet ꝑexigāt quandã diſtinctionē in principiis ſuis formalibus ita ꝙ ipſa reali ter & formaliter diſtinguāt̄ ab inuicē ut ſint principia diſtinctarũ emanationũ: tñ nõ pci ſe diſtinguunt̄.Per hoc pbat̄ li.iiii.q.ultima ymo formaliter & realiter & intrinſece diſti gunt̄ ppriis formalibus reſpectibus de gene re actionis.qd pbo ſic.qa diffuſe pbatum ē di.viii.arti.ii.ꝙ predicamẽta actionis & paſ ſionis ponunt̄ ĩ deo ſcd̃m ſuas rõnes forma lès pñtales & diſtĩctas a pᷣdicamẽto relõis:ſic ergo in diuinis cõcedunt̄ relões de gñe rela tionis fore diſtincte intrinſece & eſſentiali- ter infra pᷣdicamẽtũ relõis ut pñitas & filia tio. Eodẽmõ gñatio actiua & ſpiratio actia in diuinis cõcederent̄ fore diſtincte intrinſe ce & eſſentialiter ppriis ſuis reſpectibus de gñe actionis quibus reſpiciũt diuerſas paſſio nes eis corridentes.ſ.gñari & ſpirari.❡SE Q VITVR de.quarto.arti.ubi dico ꝙ iſta diſtinctio quam habent iſte actiones ſeu emanationes intrinſece & eſſentialiter in ſe ipſis maxime inoteſcit p iſtam diſtinctionē ꝑexactã in principiis qua realiter ipſa princi pia diſtigunt̄ uerbi gr̃a licet gñatio actiua ĩ aſino & gñatio actiua ĩ lupo ſpecifice & eẽn tialiter diſtinguant̄ ab inuicē in gñe actio- nis:tñ diſtinctonē actionũ iſtaꝝ & termino rũ earũ.ſ.aſini & lupi geniti ĩnoteſcit nobis p quãdã habitudinē ad ipſas potentias gña tiuas aſini & lupi gñantis.ſic ĩ pponto &c. ſed totũ dubiũ ē qualiter iſte potẽtie actiue in ppoſito debent ſpecificari ſeu denomia ri.Et uidet̄ mihi ꝙ pñt uocari intellectus cõ municatus ſubſtãtie pr̃ne & uolnntas cõmu nicatiua ſubſtantie utriuſqꝫ.& ſic ymaginet̄ ꝙ intellectus pr̃nus dupliciter põt conſidera ri.uno mõ ꝑciſe ſub formali rõe intellectus. alio mõ ut eſt intellectus nature ĩtellectua- lis cõmunicãtis pprĩa ſubſtãtiã.Et eodē mõ ymaginet̄ de uolũtate cõmuni patri & filio & tũc dicet̄ ꝙ ĩtellectus ē principiũ formale pductionis ſilii & uerbi non ſub rõe qua ꝑ ciſe ē intellectus ſed in ꝗtũ ē intellectus cõ municatus pr̃ne ſubſtãtie: & uolũtas eius pri cipiũ formale pductionis.s.s.uel amoris:nõ ut uoluntas preciſe ſed ut uoluntas cõmuni catiua utriuſqꝫ ſubſtãtie.❡SEQ VI- TVR de.v.arti.ubi dico ꝙ ex iſto mõ yma ginandi tria poſſumus cõuincere.Prĩo quali ter in diuinis pprie eſt uerbũ ex natura rei: & pprie filius:& pprie dicere: & pprie gña re.& hoc ſic.qa illud qd pducit̄ aut patit̄ p ĩtellectũ a ſãctis & doctoribus uocat̄ uerbũ ſeqt̄ ꝙ ĩ diuis ē uerbũ ex natura rei & qa na tura rei ĥ hẽt ꝙ uerbũ pducit̄ p dicere:ſeqt̄ ꝙ talis pductio uocabit̄ dicere.ex hoc ẽt ꝙ ſcda pſona pducit̄ p modũ intellectus talis q eſt cõmunicatius tal̄ ſubſtantie ipſi genito qualis ē in gñante & cõmunitatiuo ſiſis ſub ſtantie ipſi genito in natura intelrectuali p pᷣie eſt gñatio filii:ſicut patet:cũ hõ gñat ho minē poſſumus cõuincere ꝙ pductũ pprie & ex natura rei dicet̄ filius: & eius pductio dicet̄ gñatio.Scd̃o poſſumus cõuincere ꝙ.ſ. s.pprie uocabit̄ amor & eius pductio dice- tur uelle.ꝙ enim pcedit a cõcordi uolunta te duorũ ē amor.ſed.s.s.pcedit a cõcordi uo luntate duoꝝ.ergo neceſſario ē amor eoꝝ ſeu amatũ:ſed ex hoc ꝙ amor amatus:neceſ ſario eius productio ē uelle ſeu diligere. Ex hoc ẽt ꝙ pcedit a cõcordi uoluntate cõmu nicata ſubſtantie utriuſqꝫ & nõ pñt talia cõ cordia utriuſqꝫ cõmunicare ſubſtantiã niſi p quãdã ſpirationem ſeu nature emiſſionē di cet̄ pductũ ē.ſ.ſ.& eius pductõ ſpiratio Ter tio poſſumus cõuincere ꝙ filius pprie dicit̄ ymago pr̃is &.ſ.ſ.donũ utriuſqꝫ. qa cũ filius eſt pprie uerbũ & ex natura rei & uerbũ p- ducit̄ de intellectu ut habitũ eſt & eẽ qd res habet in intellectu eſt ymago rei que ē ĩ me moria:& in ymagine memoria ſe tenet ex pte patris & pentis:ſequit̄ ꝙ filius eſt yma- go patris.Itē qa.ſ.ſ.pcedit a cõcordi uolun tate duoꝝ & qd pcedit a cõcordi uoluntate duoꝝ eſt liberũ ſeu donũ ideo.ſ.ſ.donum ē utriuſqꝫ.Alias aſſignationes faciunt ſancti: tñ iſte ualde ſũt pprie.❡SEQ VITVR de.vi.arti.ubi contra principalem diſtinctõ

nē uidet eſſe unum dubiū:qa relões in terminis uident multiplicari ſecundum multiplicationem principiorū. nā ſicut in calore pducto fundat reſpectus ſimilitudinis & relatio mō potentie paſſiue ita pportionaliter in calore pducente fundant due relationes correſpōdentes relatōni ſimilitudinis & mō potētie actiue:cū ergo i pposito intellectus pmus pciſe acceptus & itellectus pmus cōmunicatiuus ſubſtantie pme diſtingunt ab inuicē.qa unū dicit pciſionē & alterū ſuper appoſitionem ſeu reduplicationē.ergo apte terminoꝝ: uerbū & filius dicēt aliam & aliā relationem quod falſum eſt & cōtra aug.vii de trini.ubi dicit eo uerbū quo filius qd non pt intelligi eo p idemptitatem.qa tunc eēt falſum aliud qd negat nō eo uerbum quo ſapientia.ergo oportet ꝙ intelligat eo p eam dē relationem.Propter quod eſt intelligendū ꝙ nō debet cōcedi ꝙ uerbū pcedit ab intellectu pciſe accepto & filius ab intellectu paterno inqtum eſt cōmunicatiuus ſubſtantie ut ptendit iſta dubitatio . Sed pcedit ab intellectu paterno ut determinat ſub iſta reduplicatione inqtum cōmunicatiuus ſubſtantie & hoc accipiendo cōmunicatiuū fundamentaliter.qa reſpectus non eſt principiū cōmunicandi:ſed qn aliquid attribuit alicui potentie non preciſe ſed cum addita reduplicatione:tunc cōſtitutum ex potentia ſub tali reduplicatione non eſt due potentie formaliter diſtincte:ſed una potentia formaliter:ſed bene poſſumus cōuincere ex hoc ꝙ effectus correſpondens tali potentie natus ē dupliciter ſpecificari qa potētia gñatiua inqtum aſini uel aſina ſub iſta reduplicatiōe in qtū aſina:nō facit ꝙ potentia gñatiua ſit potentie due formaliter diſtincte ſed cōtrahit potentiā generatiuā ad ſpeciem determinatam & ita dat unitatem & nō diſtinctionē & tñ effectus pductus a tali potentia ex natura rei & eſſentialiter habet duas ſpecificationes eſſentiales. productum.n.a potentia gñatiua aſinina & pōt uocari genitū & pōt uocari aſinus ergo.ſic in pposito cū uerbum nō ſic cōcedat in diuinis ꝙ pcedit ab intellectu pmo pciſe:licet ab intellectu paterno ut determinat ſub hac reduplicatione inqtum eſt cōmunicatus ſubſtante paterne: Itellectus.n.paternus ſic reduplicatus non erit due potētie formaliter diſtincte ſed una formaliter:& tamen poſſumus cōuincere ꝙ ex natura rei ſuus effectus natus ē habere duas formales denominatiōes . uidelicet ꝙ unus effectus ſit uerbum & filius : & ita uere ac ſi eēnt due potentie formalr diſtincte ſicut ex alia pte equa uere ē ibi genitū & aſinus ac ſi potentia gñatiua diſtingueret a potētia aſinina.Per hoc patet ad dubium illud qd eſt: una formalis ratio principii elicitiui:& eodē modo ē una rō termini pductionis.ſ.ubi & filii.Conformitas inter exempla iſta & ratio utriuſqꝫ reddit.qa qñ ſuperius contrahit p differentiam ſui inferioris:tunc contrahitur ad differentiā ſpecificam & p conſequens ad unitatem.ſed cū dico potentia gñatiua aſinina:& itellectus paternus cōmunicatiuus ſubſtantie paterne ut utrobiqꝫ contrahit ſupius p ſuum inferius.Sequit enim potētia gñatiua aſini ergo potētia gñatiua: & ſequit intellectus paternus ut cōmunicatiuus ſubſtantie pme ergo intellectus paternus.ergo utrobiqꝫ ſaluat unitas.Dices ꝙ nō oportet tantā diſtinctionem eē in principiis qtā in principiatis.ergo exiſtente principio diſtincto & gñatiuo eodē formaliter poterunt uerbū & filius formaliter differre . Dico ꝙ qñ uno & eodē pricipio pducunt diſparata(ut cum ſol eadē uirtute cōſtringit & diſſoluit)tunc eſt maior diſtinctio in principiatis ꝙ in principiis.De hoc ꝙ nō eſt uniuerſaliter uerum li. ii.di.xxxviii.ar.i.qñ autem uno & eodē pricipio includente in ſe rationem principii ſecundū ſupius & inferius pducunt non duo diſperati effectus:ſed ſolum duo effectus diſtincti ſecundum ſupius & inferius: &(cum ab aſina pducit genitum & aſinus) Tūc dico ꝙ non eſt maior diſtinctio in principiatis ꝙ in principiis.ſed tunc patet ꝙ pportionaliter ſe habent:ſed cum dico filius productus p intellectū paternum & cum dico uerbum:iſti nō differunt niſi ſecundum ſupius & inferius.filius.n. pductus p intellectum ē uerbū formali pdicatione ſupioris de iſterio i.ergo ſicut una formalis rō ē in principio: ſic & in principiatis.

IN di.ii.continuat de pceſſiōe. ſ.ſ.Ideo quero. Utrum ſpiritus ſanctus procedit de neceſſitate nature & cū hoc ēt p modū uoluntatis libere. Quod nō. quia iſta in ſignificatis ſuis uidēt repugnare.

¶CONTRA.pcedit p mōm āoris ergo libere.Hic tria.Primo aū pcedit p modū n

ture aut uoluntatis.Scdo dato ꝙ p modum
uoluntatis ut probatū ē.q.ꝓcedenti di.x.ar.
ii.quis eſt modus p quē ꝓcedit a uoluntate.
Tertio an cū neceſſitate que importat̃ in il
lo mō ꝓcedēdi a uoluntate ſtet ſimul ꝙ pro
cedat libere. Ad primū articulū dicūt q̃dã ut
her.ꝙ in ꝓductione diuinarū ꝓductionū ē
cōſiderare tria.habitudinē principii elicitiui
ad actū.& ſuppoſita agentia.& ordinē ema
nationum. ¶ QVANTVM ad primū
dicunt ꝙ in ꝓductione diuina nulla pſona
ꝓducit̃ p modū uoluntatis:ſed tantum mo
dū nature cuius rationem ponunt. qa mo
dus nature ē de neceſſitate determinare ad
aliquid:& modus uoluntatis eſt eē indiffe
rens ad utrūq; oppoſitoꝝ:ſed in productio
ne diuina reſpectu ſpiritus ſancti producens
de neceſſitate eſt determinatus ad unum ſi
cut in productione filii.ergo &c.ſitamen cō
ſideremus ſuppoſita agentia p comparatio
nem ad ea eſt proceſſio ſpiritus ſancti p mo
dum uoluntatis & nō filii:qa in creaturis ui
demus ꝙ ille modus ſecundum quē aliquid
ꝓcedit ſic a duobus ꝙ unū ita pfecte & ita
cito ꝓduceret ſicut utrunq; ſi tñ moderant̃
ſe in agendo ſimul illud unū ille inq̃tū mo
dus eſt ꝓprie modus ꝓducendi p uoluntatē
ſed pr̃ & filius ſic ſpirant.ſ.ſ.ꝙ ita pfecte ꝓ
ducit unus ſicut ambo & ita cito.ergo &c.ſi
aūt cōſideremus ordinē ꝓductionū ſic.ſ.etiā
ꝓcedit p modū uoluntatis:quia ꝓceſſio illa
uocat̃ mō uoluntatis que ꝓſupponit aliā ſci
licet intellectus & ipſa eſt ultima in natura i
tellectuali:ſed ſic ſe habet ꝓceſſio.ſ.ſ.ad uer
bum in diuinis.ergo &c. ¶ ITEM arguit̃
ab aliis ꝙ ꝓceſſio.ſ.ſ.ſit mere naturalis ſim
pliciter loq̃do licet ſecundum aliquas adap
tationes poſſit dici uoluntaria. qa ille ema
nationes que diſtingunt̃ p eſſe a duobus &
ita mediate inueniunt̃ mere naturales.exē
plum flos ab arbore:& fructus ab utroq;:ſed
talis eſt emanatio pſonaꝝ in diuinis ſcdm
oēs.ergo &c.& hec ē ymaginatio Ricar.vi.
de tri.c.xxvi.q ait illa pſona qua ē inter pēn
tem & ꝓlem de prima uſquequaq; īmedia
ta eſt ſcdm principalem ꝓducendi ordinem
& ſcdm nature opationem.Illa uero que ē.
ſ.ſ.qa nō eſt immediata uſquequaq; dicit eē
nō ſcdm principalem modū ꝓducendi tñ ſe
cundū nature opationē. ¶ CONTRA
ſeipſos:mouent primi dubitationem dicen
tes ꝙ ſcdm pmiſſa in.ii.&.iii. diſtictō uidet̃

ꝙ in diuinis non ſit ꝓprie uerbū:nec.ſ.ſ.nec
etiā ꝓceſſio p modū intellectus & uolunta
tis quia ſecundum pmiſſa nō magis conue
nit filio ꝙ ſit uerbū q̃.ſ.ſ.nec.iii.pſone ꝙ ſit
amor uel.ſ.ſ.q̃ filio niſi in compatiōe ad ea
que inueniunt̃ in creatura & hoc ſcdm no
ſtrum modū intelligendi:ſed que dicunt̃ de
aliquo ſcdm ſimilitudinē nō inueniunt̃ i eo
ꝓprie & ſecundum rei ueritatē ergo &c.
¶ RESPONDENT ꝙ ſicut ſapiētia &
iuſticia inueniunt̃ in deo ꝓprie:& ſecūdum
rei ueritatem nulla exiſtēte creatura uel poſ
ſibili eſſe:nō tñ diſtingunt̃ niſi in compatio
ne ad creaturam eo mō nulla exiſtēte com
patōe ad creaturā i diuinis uere & ſcdm rei
ueritatem &c.ſ.ſ.& ꝓceſſio p modū uolunta
tis & intellectus inq̃tum ſecundū rei uerita
tem unum ꝓcedit ab uno:aliud a duobus:
& ſcdm rei ueritatem eſt ibi:ſed tñ nō diſtin
gunt̃ iſti modi ꝓcedendi nec intellectus ni
ſi in compatione ad creaturam.nō aūt ſcdm
rei ꝓprietatem.Cōtra iſtā uiam tanq̃ ualde
piculoſam arguo ſic.ꝓbando ꝙ ſequit̃ ꝙ in
diuinis non eſt ꝓprie ſecundū rei ueritatē ꝓ
ceſſio p modū intellectus & uoluntatis nec
p conſequens uerbum:nec p conſequens.ſ.ſ.
qa ut dicunt iſte ꝓceſſiones in diuinis in na
tura rei non diſtingunt̃:ſed ubi nō diſtinguū
tur non erunt ꝓprie & ſcdm rei ueritatē er
go &c.ꝓbo mi.qa eſſe ꝓpriū diſtinctoꝝ ē eē
diſtinctū.quia eē indiſtinctū nō ē eſſe ꝓpriū
diſtinctoꝝ:ſed hoc ē eſſe eoꝝ cōe.ſi ergo ꝓ
ceſſiones iſte nō diſtingunt̃ ergo non ibi ꝓ
prie.Item iſti cōtradicunt ſibi.dicūt enim ꝙ
ibi eſt ꝓprie & ſcdm rei ueritatem ꝓceſſio p
modū uoluntatis & intellectus in q̃tū unum
ſcdm rei ueritatē eſt ab uno & aliud a duo
bus:ſed hoc eſt ponere ꝓceſſiones iſtas ex na
tura rei & ꝓprie diſtingui qđ ipſi ſtatim ne
gant.ergo cōtradicunt ſibi.ꝓbo mi. cū ei di
cunt ꝙ in natura rei unum ꝓcedit ab uno &
aliud a duobus ita ꝙ nō in natura rei ſi nō
ꝓcedit ab uno tantum.ſed a duobus: habe
tur propoſitum .ſcilicet ꝙ iſte ꝓceſſiones in
natura rei diſtinguntur quia in natura rei eſt
negatio contradictoria dicendo hoc eſt ab
uno:ſed in natura nō eſt negatio cōtradicto
ria ſine differentia ex natura rei.Itē ſpeciali
ter cōtra hoc ꝙ ꝓceſſiones non diſtingun
tur ex natura rei arguebatur ſupra de.x.ar.i.
&.ii.Item qua ratione.ſ.ſ.non procedit per
modum uoluntatis tanq̃ per principium eli

citiuum ſed p modū nature:eadē rōne filius nō pcedit p modū ītellectus tāq̄ p principiū elicitiuū:ſed p modū nature:ſed ideo filius ē filius pciſe & nō ē uerbū qa pcedit p modū nature.ergo.ſ.ſ.erit filius qa pcedit p modū nature.Itē natura ē uis īſita rebus ex ſimilibus ſimilia pcreās:ſed licet nō ōis pductio ſimilis ex ſimili ſit generatō:quia in artificialibus ſimile ſit ex ſimili puta domus extra a domo ī mente:tn̄ oīs pductio cōſimilis ex ſimili ī ſimilitudine nature ē ḡnatio & hoc ſiue ſit a duobus:ſiue ab uno:ita enim naturaliter generant̄ fructus ab arbor̄.& flore ſicut flos ab arbore cū ergo certū ſit φ ſpiritus ſanctus pducit̄ ī ſimilitudine nature ſi natura ſit principiū elicitiuū pductiōis eius(ut dicūt iſti)ſequit̄ φ ſpiritus ſanctus erit genitus nō ſpiratus.¶ ITEM nichil pcedēs libere ut ſic pcedit pciſe p modū nature ſed pceſſio ſpiritus ſancti ſcdm oēs ex intrinſeca ratiōe pceſſiōis ſue ē libera ergo.&c.Propter qd dicūt alii.henricus.φ .s.s.pcedit p modū uolūtatis nullā mētiōem facientes de natura. qd ſic ymaginant̄.qa pcedere p modū nature ē pcedere ſic φ ḡnans ḡnatiōe naturali īprimat formā ſimilē ī materia.cū ergo memoria ut informata a noticia ſimplici imp̄mit ſibi noticiā declaratiuā & ita pducēdo ſimilem noticiā de nō ſimili p impreſſionem pductio uerbi dr̄ ḡnatio mō nature.ergo eadē rōe cū nō dicimus φ uolūtas informata amore ſimplici imp̄mit ſibi amorē incētiuū tāq̄ ſimile de ſimili ſed ecōtra φ uolūtas īformata amore ſimplici excutit ex ſe amorē incētiuū pducentē & flagrātē & nō agit imprimēdo aliā formā ut p hoc fiat aſſimilatio inter.&c.ymo ſolū agit emittēdo. ergo p quē modū ſpiramē pcedit & emittit̄ a ſpirāte ſi dicemus φ pceſſio.ſ.s.ē p modū nature ſed ex hoc & ſpiritus ſanctus.uel ſpiramen procedit per modum uoluntatis.

¶ CONTRA .ex iſto modo qui conuenit agēti p uolūtatē nō pōt cōuinci ſpecialis modus pducēdi p modū uolūtatis.p hoc eſt qd pbo ſor. eē alal qd ē pdicatū cōe ſorti & aſino nō poſſū pbare φ ſor.ē hō φ ē pdicatū ſpeciale:ſed pcedere p modū emiſſionis & excuſſionis cōuenit pcedēti p modū uolūtatis ut dicūt & hoc idē cōuenit pcedēti p modū nature.plāta.n.emittit & excutit ex ſe fructū & ignis fumū & flammā excutit de cōbuſtibili ergo &c. Cōtra īpreſſionē & exp̄ſſionē arguo ſic.Aug.dicit φ uerbū exp̄mit̄ in acie ītelligētie nō ergo pcedit p modū imp̄ſſionis:ſed exp̄ſſionis.¶ ITEM ipſimet ponūt ſpecies exp̄ſſas nō imp̄ſſas ſed ſcdm aug.in multis locis uerbū ē ſpecies.ergo &c.Itē ipſimet dicūt φ uerbū fit p modū īpetus:ſed hoc ē expellere & exp̄mere.ergo &c.Itē φ noticia ſit imp̄ſſa ītellectui hoc ē ſolū uerū ī intellectu nr̄o qa ē inherens.ergo in deo ubi ē ſubſiſtens ſolū eſt uerū p modū noſtrū intelligēdi ergo nec pbant uerbū pcedere ab intellectu in rei ueritate ſed ſcdm noſtrū modum intelligendi:& eodēmō nec de.s.s.φ procedit a uoluntate niſi ſecūdum noſtrū modum intelligendi . ¶ PER hoc patet ad argumentum eorum quod procedebat ex diminuta ymaginatiōe q̄tū ad uerbū ī diuinis ubi īpreſſio nō habet locū . ēt p primū argumētū patet φ dimiſſe pcedit q̄tum ad illud φ.ſ.ſ.pcedit mō uoluntatis qa qdā pcedūt ut emiſſa ī naturalibus ſicut in uolūtariis ut ī p̄io argumēto probatum eſt.

¶ SEQVITVR de.ii.ar. p quē modū pcedit a uolūtate.ubi dicūt alii φ natura in diuinis quadrupliciter appellat̄.uno mō ipſa eſſentia diuīa:& ſic pure dr̄ eēntialiter.Alio mō p p̄ricipio opatiuo p modū nature ſecūdū φ dr̄ φ natura ē uis inſita rebus ex ſimilibus &c.& ſic dr̄ notionaliter.Tertio mō q̄libet uis naturaliter fundata ī natura p̄io mō Quarto mō p īmutabili neceſſitate cōſeq̄nte actū.Ad ppoſitū dicūt φ.iii.&.iiii.mō certū ē φ uolūtas reſpectu pductionis.ſ.ſ.dr̄ natura:ſi aūt accipiat̄ natura p̄io mō ut aſſiſtēs & ānexa uolūtati ita uidelicet φ natura nō ſit primū p̄ricipiū elicitiuū ſed ipſa uolūtas; ſic dn̄t φ natura p̄io mō debet cōcedi p̄ricipiū pductiōis.ſ.ſ.ſi āt accipiat̄ natura.ii. mō ſic dicūt φ natura ē principiū elicitiuū filii & tūc ītellectus eſt tm̄ ānexus & quaſi determinans eius naturā un̄ pī magis dr̄ ḡnare natura ītellectuali q̄ ītellectu naturali.¶ CONTRA.aut intelligunt φ uolūtas ſimpliciter & determinate accepta ē formale principiū productionis.ſ.ſ.& hoc falſum eſt qa tūc oīs uoluntas etiam ut ſic non correſpondet ſibi niſi uelle nō ſpirare:aut inq̄tum uolūtas diuina & tunc ſequit̄ cōtra eos φ natura p̄io modo dicta & eſſentialiter non eſt tantum ānexa uoluntati ut principio elicitiuo ſed eſſentialiter & q̄ditatiue incluſa in uoluntate ut principiū elicitiuū ſicut licet rōnale nō eſt

lo.& ita quodāmō habet aliā appriatiōem hinc inde & ad ſuppoſita ipē ſpiratiua ēt habet appriationem ad productionem cōſubſtantialem.qa eſſentia eſt idē ꝙ ſubſtantia; ſed infinitas eſt cōmunis patri & filio.igit̄ infinitas nō fundat.ymo nec eſt ratio fundādi ipſam rōnem ſpiratiuā ſcdm quā ſpirantia & ſpiratum ſunt conſubſtantialia inuicē:ſed eſſentia ut in duobus.Per hoc dico ad argumentū qñ dī ꝙ infinitas ē ꝓprius modus uoluntatis.dico:ꝙ nō ſed infinitas eſt communis modus intellectui & uoluntati ideo infinitas non eſt ꝓpria ratio ipſius uoluntatis p quā ſpirat:ſed eſt cōmunis uoluntati ideo infinitas nō eſt ꝓpria ratio ipſius uoluntatis:p quā ſpirat:ſed eſt cōmunis uoluntati ſpiratiue & intellectui dictiuo:ſed eēntia ut ī duobus eſt ultimū & ꝓprium irreductibile p qd determinat̄ uoluntas ad ſpirandū effectū cōſubſtantialem de hoc dī.x.arti.iiii: ¶SEQVITVR de.iii.arti.ad quē dicunt quidam ꝙ natura inſpiratione nō eſt principiū elicitiuū ſed tm̄ neceſſario aſſiſtens & annexa uoluntati inquantū uoluntas fundat̄ in ea.ex hoc ergo ꝙ eſt annexa & aſſiſtens tm̄: ſequit̄ ꝙ iſta neceſſitas nō ſit preueniens uoluntati & impellens eam quare ſequit̄ ꝙ iſta neceſſitas nō tollit libertatem eius nec neceſſario nec ꝓcedit modo nature. ¶ISTA autem improbat̄ arti.s.opinione prima. ¶PROPTER quod alii aſſignant aliā rōnem ſic nō quelibet neceſſitas impedit libertatem & ponit aliquid procedere modo nature:ſed que eſt ꝓpria nature & contraria uoluntati:ſed talis eſt illa que eſt per impreſſionē p quē modū natura imprimit formā in natura cū ergo.uolūtas reſpectu ſui actus & effectus quā neceſſario ꝓducit ñ ſe habet ipreſſiue ſed expreſſiue qd eni amat.q.amando excutit amorē:ex hoc ſequit̄ ꝙ talis neceſſitas nō tollit libertatē.iſta ēt ſupius iꝓbat̄ arti.i.op.ultima. ¶PROPTEREA aureolus di.x.q.i.arti.v.dicit contra iſtas omnes ꝙ male ꝓcedunt:eo ꝙ ymaginatur ꝙ.ſ.ſ.procederet libere propter habitudinem ꝓductiui principii ad ipſam ſpirationem.ymaginant̄ enim ꝙ oportet ponere principium elicitium reſpectu ſpirationis quod falſum eſt ut dicit:hoc recitaui di.v.arti.i.&.ii.& iō ponit ſuam rationem hanc quare procedit libere.actus amoris & complacentie eſt eēntialiter liber.igitur quod ꝓcedit per modū amoris & complacentie procedit libere:ſed non obſtante ꝙ.ſ.ſ.procedit neceſſitate īmutabilitatis adhuc procedit &c.ponendo eni ꝙ aliquid procedit immutabiliter non ē ꝓhibitum propter hoc quin producens cōplaceat & delectetur in producto ymo in tantū poſſet intendi cōplacentia & non ualeret ꝙ ſibi complaceret. ¶DE hoc ꝙ impingit ī alios ꝙ non poteſt ibi penſari habitudo principii productiui elicitiui reprobatum eſt di.v.ubi prius.quod uero dicit in maiori ratio nis ſue ꝙ actus amoris & complacentie eſt eſſentialiter liber:diceretur ſibi ab aduerſario ꝙ uerum eſt ubi actus ſimpliciter eſt ī poteſtate uoluntatis ſed in propoſito ubi.ſ.ſ.procedit neceſſario hoc non eſt. nec ualet probādo ad probandum ꝙ actus talis neceſſitatis eſt liber.quia per delectationem & complacentiam talem que conuenit omni agē ti naturali non poteſt probari delectatio & complacentia eſſentialiter libera:ſed cum dicitur ꝙ aliquid procedit immutabiliter non eſt prohibitum quin ſit delectatio hoc ē uerum.quia omne agens naturale delectatur ī ſua operatione naturaliter ut probat philoſophus.x.ethicorum.cap.quinto &.vi. ergo iſte nichil probat. ¶PROPTER ꝙ dicunt alii ut ſcotus ꝙ cā huius.ſ.quare uoluntas diuina neceſſario producat & libere nō eſt querenda ymo non eſt alia cauſa niſi qa talis uountas eſt uoluntas:ſicut huius quare calor eſt calefactiuus non alia cauſa niſi quia calor eſt calor.dimittamus ergo querere cauſam huius. ſecundum enim philoſophum.iiii.metha.textu.cōmenti.noni. indiſcreti eſt omnium querere cauſas & demonſtratiōes quorum nō ſunt demonſtrationes. ¶SED michi uidet̄ ꝙ poteſt aſſignari rō: etiā ratio q̄ ſaluet ꝙ in proceſſione.ſ.ſ.actus uoluntatis quo ſpirat eſt ſimpliciter in poteſtate uoluntatis ī quo defecit aureolus Vbi: premitto ꝙ in proceſſione filii per modum nature eſt neceſſitas ex parte potentie: & ex parte obiecti:& ideo proceſſio.mere naturalis:ſed in ꝓceſſione.ſ.ſ.tota neceſſitas ē in obiecto & in uoluntate ut ſaluet̄ ſua libertas ſolū eſt neceſſitas cōdonnata: Puta qa in obiecto apphenſo nō inuenit̄ rō quare uoluntas nata ſit deſiſtere ab actu uolēdi & ſpirandi. iō ſpirat.ſed ſi p īpoſſibile inueniret rōnē aliā quare deſiſteret nō oporteret pp ſuā libertatem eam principiare ſpiratōem. Tunc arguo

gendo ſe ꝓducit uerbum ſit intellectus qui eſt habitus principiorū aliter non eſſet actus perfectiſſimus: ſequit̄ ꝙ non habet cur precedens: uel hoc conceſſo ꝙ euidentia principiorum preſupponunt euidentiā terminoꝝ ſicut ſuum cur non tñ habetur ꝙ intellectus ſit equalis ſicut uoluntas & ꝙ uerbum procedit libere ſicut.ſ.ſ.quia ſicut omnes concluſiones reducuntur in principia prima ſicut i ultimū cur cōplexum:ita prima principia reducuntur in terminos ſuos ſicut ad ultimū cur ſimpliciter ubi oportet intellectum ſtare nec hēt ulterius querere aliquod cur: & quia ſic limitatur infra ambitum ſui proprii obiecti.ideo tunc omnino neceſſitatur per ſuum obiectum.uoluntas āt cū peruenerit ad ultimum uolibile ſimpliciter puta ad bonum i uniuerſali non eſt oīno limitata ad itādum & conſentiendum tali preſentato ita ꝙ limitetur infra terminos ſui obiecti: ſed pp ulterius imparale intellectui ꝙ querat ſibi aliud cur ubicunq̄ poſſet inuenire ꝙ ſi non īueneriт tunc uoluntas conſ; ntit in tale preſentatum.quia aliud non inuenitur & iſta ex neceſſitate conditionata.& per conſequēs libere ſimpliciter. ❡ VEL facilius pōt dici & de igne & de quocunq̄ agēte naturali & de itellectu ꝙ poſito ꝙ ageret per cur ſicut poſſet trahi ex philo.ii.phiſicorum.tex.cō.xlix. uſq; lxxxvi. quia oē agens tam naturale q̄ a ꝓpoſito agit pp finem:tñ non ſequit̄ ꝙ ii huiuſmodi agentia non haberēt agere: poſſent & non agere.igit̄ agunt libere: qa hoc quod dico ꝙ ignis uel quodcūq̄ aliud agēs poſſet in aliud cōbuſtibile q̄ modo ſit in rerum natura: ſi illud aliud eſſet: poteſt dupliciter intelligi.unomodo ꝙ in aliud poſſit pp conuenientem proportionem inter potētiā & obiectum qd noui ter p poſſibile poneretur. Alio mō ꝙ in aliud poſſit ſi aliud poneretur non ſolum pp proportionē conuenientem &c.ſed pp quādam ſpecialem nobilitatem potentie puta que de ſe eſt talis ꝙ quadam libertate & ſpontaneitate nata eſt ferri quocunq̄ fertur. Primomodo concedo ꝙ ignis & quodlibet agēs naturale quod agit per cur ſiue propter finem poſſet in aliud ſi aliud eſſet: nec tamen ſequitur. ergo libere: ſed oporteret addere ꝙ hoc faceret non ſolum propter naturalem proportionem inter potentiam & obiectum: ſed propter ſpecialem modum illius proportionis ſcilicet propter ſuam propriam ingenuam libertatem. Et ſi dicas quod in toto iſto proceſſu eſt petitio principii de libertate uoluntatis. Eſt dicendū ꝙ nō: ſed ſupponit̄ eius libertas ſicut oportet in omni natura ſupponere ſignificatū terminoꝝ: & tunc nō petit̄ principium. ꝓbo ꝙ bene reſpondet̄ ſine petitione.qa ſi intellectus & uoluntas que ſunt nomina ſignificantia quaſdam habitudines ad actum qñ cōpararent̄ ad actus ſuos quos in rei ueritate hñt in extremo: puta in ordine ad ſummū intelligibile & ſummum uobile eadē neceſſitate ferrerent̄ in actus ſuos quātū eſt ex parte potētie.tunc nō ſaluaret̄ ꝓprium ſignificatū uoluntatis ut diſtinguit̄ cōtra ſignificatū intellectus.qa ſcḋm omnes ſignificatū uoluntatis maxime conſiſtit in ſpontaneitate elicitiua ſiue in libertate: in ꝓprio aūt ſignificato intellectus nō īportat̄ niſi intelligere ſignificato aut qd ē intelligere nō repugnat etiam ſecūdum omnes in obiectū neceſſario ferri: ſed in omni diſputatione ſignificatū terminorū decet & oportet ſaluari & ſupponere: igit̄ nō eſt petitio ſed reſponſio qualē oportet ſupponere in omni materia. ❡ QVARTO dubitat̄. qa totū qd dī fundat̄ ſuper hoc ꝙ ſi uolūtas diuina poſſet habere nouū cur.poſſet non ſpirare: ſed hoc eſt impoſſibile igitur nichil. RESPONDEO ꝙ quādocunq̄ arguitur p ſuppoſitionē īpoſſibilē nō oportet attēdere ad ipſā ſuppoſitionē īpoſſibilē: ſed ſolū ad mediū qd ſupponit̄ & p qd cōcludit̄.quia ſi argueret̄.ſi aſinus uolat ergo hēt alas. ñ opotet attēdere ad ſuppoſitionē.ſ.ꝙ aſinus uolet: ſed ad mediū implicatū. bene enim ſequitur: ſi uolat.ergo habet alas.qa mediū eſt neceſſarium.ſ.omne uolans eſt alatum.eodem mō ait pluſ.ii.de.a.tex.cō.noni ſi oculus eſt animal uiſus erit ſubſtantia eius.hoc ſequit̄ qa mediū eſt uex.ſ. ꝙ animal eſt animal p hoc quod eſt ſubſtantia.ſenſibilis. Ad propoſitum dico ꝙ licet ſuppoſitio ſit impoſſibilis: tñ medium eſt uerum.ſic arguendo. ſi uoluntas diuina haberet aliud cur: aliud uelle poſſet quia medium eſt uerum.ſ.ome bonum eſt uolendum. ❡ ALIA dubitatio ē hec uia cōcedit cōtingentiā in ipſa uoluntate diuina. RESPONDEO ꝙ contingentia uera eſt que ē indeterminata potentialitas ſeu libera ad plura ſicut de uolūtate beata: talis non conuenit deo. Aliomodo pōt

cors ad ꝑducendū.ſ.ſ.& ꝙ iſta tria integrant
eſſentiam potentie ſpiratiue.ſ.uoluntas duo
rum informata amore eſſentiali & concors.
Sed ſunt alii qui ꝓbant ſcilicet ſcotus & ber
trandus ꝙ etiam rebus ſe habentibus ut nūc
ꝙ nullum iſtorum ꝑtinet ad eſſentiam potē
tie ſpiratiue.Primo ꝙ non concordia :qa ip
ſa eſt relatio rationis:ſed uis ſpiratiua eſt re-
latio realis ergo non pertinet ad eius eſſenti
am.Probatio mi.qa omnis relatio realis pa
tris & filii ad .ſ.ſ.uel eſt ſpiratiua .qa non eſt
duorum adinuicem preciſe ſed uis actiua eſt
duorum ad tertium aut eſt relatio equalita
tis:aut ſimilitudinis ſed illa cōcordia ē neu
tra.quis cum ponitur pertinere ad eſſentiam
uis ſpiratiue debet eē relatio originis ille au
tem ſunt modo unius.Secundo ꝙ eſſentia I
duobus non pertinet ad eſſentiam uis ſpira
tiue.probant ſic.quia in quocunqꝫ priori po
nitur uoluntas perfecta ipſa per eſſentiam ē
principium ꝑducendi.ſ.ſ.eadē ratione ſicut
eſt de perfecto intellectu reſpectu uerbi: ſed
in illo priori quo pater ꝑcedit filium habet
uolūtatem & ꝑfectam .Aliter enim expecta
t aliam ꝑfectōnem a filio ergo in illo prio
ri per eſſentiam ſuam eſt principium produ
cendi.ſ.ſ.ergo exiſtentia in duobus non per
tinet ad eſſentiam.Item uniuerſaliter uide-
mus ꝙ ſuppoſita agentia preſupponunt ſua
principia formalia & non econuerſo.ſicut ca
lidum ꝑſupponit calorem & nō econuerſo
ſed pater & filius ſunt ſuppoſita agentia ſed
uis ſpiratiua eſt formale ꝑcipium quo.ergo
ipſa preſupponitur exiſtentie ſue in utroqꝫ.
ergo ſua exiſtentia in utroqꝫ non eſt de eſſē
tia ſpiratiue.Item ſi ad eſſentiam uis ſpirati
ue requiritur exiſtentia uoluntatis in utroqꝫ
ergo ſi.ſ.ſ.a ſolo patre procederet non diſtin
gueretur eſſentialiter perſonaliter a patre &
filio cuius contrarium dicūt. ¶ AVREO
LVS di.xii.q.i.arti.i.ꝑpōne.ii. tenet idem.
actus.n.ſimpliciſſimus in quocūqꝫ fuerit ē in
eo totaliter aut aliud coexigit.qa ſi ſic: non
eſſet ſimplex.quia hēt terminū ſimplicē.ſ.ꝑ
ſonam.ſ.ſ.ergo eſſe perfecte in patre & per-
fecte in filio nec quo:exigit utrumqꝫ coniun
ctim:vmo eſt ſufficienter in utroqꝫ diuiſim.
¶ ITEM ſicut ſe hēt deitas ad patrem &
filium ſic ſuo modo & ſpirare.eſt enim ſpira
re cōicatum in filio & cōicatum I patre ſicut
eſſentia ſed ſic eſt eſſentia in utroqꝫ ꝙ ē ꝑſe
ctiſſime in utroqꝫ ꝑ ſe nec accipit aliqd ad ꝑ
fectionē in uno magis ꝙ̄ in alio.ergo & ſpi-
rare in utroqꝫ erit ꝑfectiſſime & totaliter di
uiſim.ITEM cum pater & filius ſpirant nō
ſunt ibi duo āores collecti.ſ.quo pater amat
& filius reamat ſed unus idē ſimplicit̄ ē quo
pater amat filium & oīa & quo filius reamat
patrem & oīa & amor q eſt unus & ſimplex
in quocunqꝫ fuerit ē in eo ſingulariter & di
uiſim ergo &c. ¶ CONTRA illud tertiū
ꝙ dicit henricus de uolūtate eſſentiali argui
tur ſic.qa eodē mō eſt.cognoſcendo in ꝑdu
ctione.ſ.ſ.ſicut filii ſed in ꝑductiōe filii actus
eſſentialis non ꝑtinet ad eſſentiam potētie
generatiue.qa ex hoc ſolo qa eſſentia ē pre
ſens intellectui ſuo:eſt pī fecundus ad ꝑducē
dum filium .ergo ex ſola ꝑſentia eſſentie ad
uoluntatē eſt uoluntas principiū ſpirādi : nō
ergo mediāte aliquo actu eſſentiali . Dicunt
tn̄ ꝙ licet uoluntas ut in filio nō ꝑtineat ad
eſſentiam potentie ſpiratiue:ſed ſola uolun
tas in patre ē eſſentialiter potentia ſpiratiua
tamen uoluntas in patre nūq̄ exit in actum
ſpirandi niſi concurrente uoluntate ut in fi-
lio & ita licet nō pertineat ad eſſentiam po
tentie ſpiratiue ut eſt in filio eſt tamen ut in
filio neceſſario correquiſitū.Quia ꝓbant qa
licet uoluntas patris in quolibet priori hēat
eſſentiam ꝑſentem tamen uoluntas nunq̄
exiit in actum ſuum niſi prius exiſtēte intel
lectu in actum ſuū :ſed quādo intellectus pa
tris exit in actum ſuum non ſolum producit
uerbum ſed uoluntatem & oīa alia attributa
ta producit in uerbu.ergo pī ꝑducto uerbo
non pōt exire in maiorem actum ꝑtinentē
ad uoluntatē cuius eſt ſpirare niſi mediāte il
la ſua uoluntate qua iam cōmunicat filio &
ita uoluntas ut in filio eſt neceſſario requiſi
ta ad productiōem.ſ.ſ. ¶ CONTRA pri
mum.Arguo ſic probando ꝙ concordia illa
eſt relatio realis quia licet concordia aliquo-
rum adinuicem non eſſet relatio realis tamē
concordia aliquorum in potentia actiua reſ
pectu tertii eſt relatio realis.quia modo po-
tentie que ab oībus ponit̄ realis : ſed ſecun-
dum oēs concordia uoluntatis patris & filii
reſpectu.ſ.ſ.eſt concordia originata & ſpirati
ua actiua reſpectu tertii ergo &cetera.
¶ ITEM hoc ſequitur bene ponenti rela
tionem equalitatis realem in diuinis . quia
ſur:datur illa concordia ſuper unum in duo
bus:ſed hoc ponit iſte ut habetur di.iii.
¶ CONTRA ſecundum.ſ.ꝙ uolūtas ut

in filio non ptinet ad eſſentiã potẽtie ſpira
tiue. Arguo ſic. qa quicquid eſt extra eẽnam
rei licet ſit neceſſariũ eſt accidentale. ergo ex
poſitione iſtorũ uoluntas ut i filio habet ac
cidẽtalem cauſalitatẽ: ſed talem habitudinẽ
habet effectus ad cãm qualem cauſa ab effe
ctu ex. v. metha. tex cõ. iii. & ii. phi. tex. com.
xxxviii. puta ſtatua eſt effectus policleti p ac
cidens. qa policletus eſt eĩ p accidens igit̃ ſ.
ſ. eſt effectus accidentalis filii qd eſt error.
¶ ITEM illa rõ agendi que eſt extra eẽn
tiã cãlitatis principalis agentis eſt inſtrumen
talis & ſine qua nõ: ſed deus põt ſupplere in
genere cãe efficientis effectum cauſe inſtru-
mentalis ſine eius inſtrumẽtali efficientia: er
go efficienter pater põt ſpirare ſine filio: ſed
quicquid in diuinis ab intra ẽ poſſibile illud
eſt neceſſariũ ut arguũt iſti in quolibet & ha
bet̃ di. vii. ar. ii. qa nõ differt eẽ a poſſe. ergo
de facto pater ſpirat ſiñ filio. ¶ ITEM iſti
nõ ponunt uoluntatẽ filii cõcurrere cũ uolũ
tate patris niſi qa illa uoluntas patris eſt cõ-
municata filio: & ex tunc non põt pater age
re niſi utendo uoluntate filii: ſed ex hoc ꝙ
aliquis agat mediante aliquo qd eſt in alio
non neceſſario illud aliud habet cauſalitatẽ
reſpectu effectus. ſicut cũ dico aliquod donũ
eſſe medium: quod ẽ in cuſtodia alterius iſte
alter nõ efficit in donando ſic in ꝓpoſito.
Item exiſtentia uolũtatis in duobus ptinet
ad eſſentiã uoluntatis potentie ſpiratiue. pri
mo enim ethicoꝝ ꝓbat. p. ꝙ actus beatitu-
dinis ſi eſt proprius homini ptinet ad aliam
potentiam que eſt ꝓpria homini & non ad
illam potentiam que eſt communis homini
& aliis. ergo uult ꝙ quilibet actus ꝓprius &
eſſentialiter diſtinctus habeat ꝓpriam potẽ
tiam p eſſentiam & ſpecifice diſtinctã: ſed ac
tus uoluntatis cõuenit omnibus perſonis in
diuinis etiam. ſ. ſ. ergo ſi uoluntas ſit princi-
pium iſtius actus determinati qui eſt ſpirare
oportet ꝙ hoc ſit p aliquid contrahens. uo-
luntatem quod ptineat ad eſſentiam eius, in
quantum eſt ꝓpria potentia reſpectũ illius:
ſed hoc non ponunt iſti de facto niſi exiſten
tia eius in duobus ergo illa exiſtentia uolũ
tatis in duobus ptinet ad eſſentiam uolun-
tatis ut ẽ uoluntatis ſpiratiua ¶ ITEM do
ctor ille ex hoc cõuincit. ſ. ſ. procedere a filio
quia in illo priori quo ponitur ſuppoſitum
pfectum habens perfectum principium cõ-
municatiuum ſi tñ nõ habet terminũ ꝓdu-
ctum & ſibi adequatũ natum eſt ꝓducere ta
lem terminũ adequatũ: uerbi gratia ex oppo
ſito licet uerbum ſit ſuppoſitum pfectum &
intellectus eius ſit pfectus. quia cum intelle
ctus ſuus quem accipit a patre habet terminũ
adequatum. ideo filius nõ ꝓducit ſcdm uer
bum. cum ergo ſuppoſitum filii ſit pfectum
& habens pfectam uoluntatem: nec uolun
tas cõmunicata habet terminum adequatũ
uſqꝫ ſibi cõmunicet̃ ideo filius ſpirat ſimul
cum patre. Sed ſi iſta rõ ſi bona ſequit̃ ꝙ exi
ſtentia uoluntatis etiam, filii ptinet ad eſſen
tiam potentie ſpiratiue: quia tu dicis ꝙ uo-
luntas cõmunicata filio cum non habet ter
minum adequatum antequam ſibi cõmuni
cetur ex hoc ꝙ ipſa eſt pfecta in filio neceſ-
ſario conuincit̃ ꝙ ipſa ut in filio eſt princi-
pium ſpirandi: ſed potentiam ſpiratiuam eſ
ſe pfectam ptinet ad eẽntiam eius. ergo exi
ſtentia in filio ptinet ad eſſentiam eius
¶ RESPONSIO ad primum qñ dicitur
ꝙ concordia nõ dicit originem reſpectu ter
tii ſed ſolum effectionem duorum in tertio
Dico ꝙ hoc eſt uerum de concordia que eſt
preciſe amatiua: ſed falſum eſt de cõcordi
communicatiua: ſed non ſolum prima: ſed
etiam ſecunda eſt in diuinis. ¶ AD ſecun-
dum cum dicit̃ ꝙ alias pr̃ expectaret pfectiõ
nem aliam a filio. Dico ꝙ dupliciter poteſt
ymaginari ꝙ pater coexigit filium inſpiran
do: Vno modo ꝙ pater non haberet pleni
tudinem potentie ad ſpirandum ex ſe ſed fi
lio mediante & iſtomodo non coexigit fi-
lium inſpirando niſi propter imperfectio-
nem. Aliomodo ꝙ coexigit filium inſpiran
do propter ordinem naturalem qui natus ẽ
eſſe inter ſuppoſita diuina uidelicet ꝙ illud
quod procedit per modum intellectus na-
tum eſt procedere ab uno & quod proce-
dit per modum amoris mutui & concordi
natum eſt procedere a duobus: & iſtomo-
do coexigit ſed hoc non dicit imperfectio-
nem. Exemplum pro utroqꝫ ꝙ pater crea-
ret ſimul exactis filio & ſ. ſ. q. non haberet
plenitudinẽ potentie creandi ex ſe eſſet im
perfectiõis. Quod autem coexigit ipſos ꝓp
ter ordinem naturalem qui natus eſt eſſe in
rebus uidelicet ꝙ opera eẽntialia inter que
creare eſt unum nata ſunt procedere a to-
ta trinitate ſic non dicit imperfectionem.
Ad tertium quando dicitur: ꝙ potentia
ſpiratiua prior eſt quam coexiſtere exiſtit

in utroq; ergo in utraq; ē eius eſſentia. Dico ꝙ falſum eſt. & qñ probatur ꝙ formalis ratõ ꝑſupponitur a ſuppoſitis agentibus. Dico ꝙ hoc poteſt itelligi dupliciter uel ꝙ ipſa ꝑſupponunt ipſam ita ꝙ oportet ꝙ ꝑhabeant ipſam anteq̃ agant & hoc eſt uerum: qa nullũ agens exit in actum niſi ꝑhabeat formalem rõnem agentis mediante qua agit uel ꝙ ipſa ꝓcedat ſuppoſita ipſa agentia ineſſe ſuo: & hoc eſt falſum quia formalis ratio agendi ꝑciſe formalis ratio ſicut potentia hẽt eſſe ſuũ in ipſis agentibus & ita ꝑſupponit ipſa agentia & non econuerſo. & ſic eſt dicendum de potentia ſpiratiua & ſuppoſita ſpirantia preſupponunt ipſam in agendo ſicut mediante qua agunt: ipſa tamen ſuppoſita ꝑſupponũtur ſibi in eſſendo & ita non habet eſſe niſi ut exiſtens in ipſis quod eſt propoſitum. Ad quartum quando dicitur ꝙ tunc non diſtingueret᷑ a filio niſi procederet. Dico ꝙ hec eſt queſtio de facto non de poſſibili unde uerũ eſt ꝙ de facto non diſtinguitur a filio niſi qa potentia ſpiratiua per eſſentiam eſt in filio ſicut in patre. ¶ AD argumentum quo declarant ꝙ uoluntas in filio neceſſario coexigitur a patre inſpirante licet non pertineat ad eſſentiam potentie ſpiratiue quando dicitur ideo pater non poteſt ſpirare niſi filius conſpiret cum eo quia filius per cõmunicatõnem accipit uoluntatem illam que eſt patris & ita oportet ipſum uti uolũtate ut in filio. Dico ꝙ hoc non eſt cauſa. quia tũc pater ſpiraret uoluntate genita ſi ſaperet per intellectum qui eſt in filio: quia poſtq̃ cõmunicauit intellectum ſuum filio non poſſet intelligere niſi utendo intellectu ut ē in filio tunc ſaperet ſapientia genita. ergo cauſa eſt ordo eſſentialis qui ē in natura. ſ. ꝙ natura rei ideo ſic ſe habet ꝙ ſicut eſſentiali ordie uerbum procedit a patre ita eſſentiali ordine amor procedit ab utroq;. Tunc ſequitur propoſitum. quia quando cauſe reales cõcurrunt ad maiorem effectum ſecũdum eſſentialem ordinem & ex natura rei ambe ſunt cauſe eſſẽtiales ut patet de cauſa uniuerſali & particulari & de duabus cauſis particularibus eſſentialibus ut de patre & matre & huiuſmodi. ¶ PER hoc patet ad argumenta aureoli ubi ad expreſſionem maiorem eſt intelligẽdum. ꝙ cum dicitur ꝙ ad eſſentiam potẽtie ſpiratiue pertinet exiſtentia eius in utroq;. illud dupliciter poteſt conſiderari. uno modo abſolute loquẽdo puta poſito ꝙ ſolus pater haberet actum amoris notionalis ſicut ponitur habere actum intellectionis notionalis. Aliomodo loquendo ſecundum ordinem rei qui modo eſt in diuinis puta ꝙ actus notionalis ſpirandi cõuenit filio ſimul cum patre ſicut in nobis amor procedit mediãte noticia. Primomodo currunt argumẽta eius ꝙ in utroq; eſt totaliter & diuiſim actus ſpirandi: ſed ſecundomodo exiſtentia eius in utroq; ſimul pertinet ad eſſentiam potentie ſpiratiue propter ordinem eſſentialem que eſt inter uerbum & amorem di. v. l. iiii. q. iiii. articulo primo. ¶ AD primum argumẽtum aureoli quando dicitur actus ſimpliciſſimus in quocunq; fuerit eſt in eo totaliter & diuiſim & cetera. Verum eſt ſi illud agens per ſe agere ponatur. Si uero cum alio ponatur agere que ſit in cauſando una ſimplex cauſa eſſentialiter cõcurrens tunc non diuiſim in eo ſic eſt in ꝓpoſito p decretalem in. vi. fideli. Ad ſecundum per idem. Ad minorem dico ꝙ ſecundum ordinem qui modo eſt ꝙ eſſentia non eſt in utroq; per ſe & diuiſim: poſito tamen ꝙ eſſet in uno uel in altero ſingulariter & diuiſi tunc ſtaret ꝙ ille eſſet perfectiſſime deus & pfecte ageret opera dei. ſic in ꝓpoſito actus ſpirandi nõ eſt de ſancto in una pſona: ſed eſſentialiter in utraq; poſito tamen ꝙ ſic eſſet. iſta perſona diuiſim ſpirare poſſet. ¶ AD tertium p idem quando dicit᷑ in minori: amor qui eſt unus & ſimplex in quocũq; fuerit eſt in eo ſingulariter & c. uerum eſt ſi illud amans ſe agere ponatur: ſed ſi ſit una ſimplex cã eſſentialiter cum alia concurrens ſicut hic: tunc non ē ita. ¶ SEQVITVR de ſecundo articulo ubi prima fronte uidet᷑ ꝙ ſpirãt ut plura. Dictum eſt enim in. i. arti. ꝙ exiſtentia potẽtie ſpiratiue in duobus pertinet ad eius eſſẽtiam. ſed cui per eſſentiam conuenit pluralitas ei per eſſentiã conuenit pluralitas. quia ꝑdicat᷑ ſuperius de iferiori ergo ad eſſentiam potentie ſpiratiue cõuenit pluralitas: ſed cui cõuenit aliquid p eſſentiã ab eo tolli nõ ꝑt. ergo neceſſario ſpirãt ut plura. ¶ HIC dico primo ꝙ neceſſario oportet dicere ꝙ ſpirant ut unũ pricipium nõ ut plura pp decretalem de ſum. trini. & fi. ca. I. v. ca. fi. ubi dicit᷑ fideli ac deuota proceſſione fatemur. q. ſ. ſ. ex patre & filio non tanq̃ ex duobus principiis ſed tanq̃ ex uno principio nõ ex duabus ſpi

Digitized by Google

rationibus:ſed una ſpiratione procedit.Con cordat ſcotus. Aureolus negat arti.iii. Rubrica.iii.ubi dicit ꝙ ſi ly unū reduplicet unitatē uel cōcordiā ipſius uis ſpiratiue falſum eſt ꝙ pater & filius ſpirant ut unus accidit ei (ut dicit)patri ſpirare cū filio uel ecōuerſo: ſolus enim pater ē ſufficiens ſpirator & ſimiliter ſolus filius. Si uero redupplicet ipſum actū ſpirandi ut ſit ſenſus ꝙ ſpirant actu ſpirandi ut unus eſt falſum quod dicit̄.Vnitas. enim & pluralitas ut dicit ſunt extra rōnem & conceptū actus ſpirandi ſicut cuiuſlibet entis.Si uero ly unū reduplicet rem ſubſtracti. ſ.ſpirationem reali reduplicatiōe nō formali ut ſit ſenſus:pr̄ & filius ſpirant inquantum ſunt unū.i.rōne ſpiratiōis actiue q̄ ē una in eis:nō tn̄ rōe unitatis:ſic ſpirant ut unū.

❡SED iſta dicta uident̄ directe cōtra decretalem.qa eadē reduplicatio importat̄ p ly ut:& p tāq̄:ſed decretalis dicit ꝙ.ſ.ſ.tanq̄ ex uno principio & una ſpiratiōe a patre & filio procedit̄ igit̄.ſi ly unū redupplicet uim ſpiratiuā uel actū.ueꝛe erit ꝙ ſpirant ut unū. Itē nō plus repugnat ad ītra ꝙ unitas ſit formalis reduplicatio actus q̄ ad extra: ſed hec ē uera tres pſone creant ut unus creator unitate reduplicante formaliter ergo. pbō.illa unitas tollit diuiſionē opeꝛātatis:ſed hoc facit unitas formalis ſola.quia da ꝙ non ſit una formalis ratio agēdi pn̄t diuidi opera. idē enim formaliter diuiſum pōt eſſe principiū diuerſaꝝ opationū ut patet de obiecto intellectus & uolūtatis.Scdo dico ꝙiſta duo ſtant ſimul ad eſſentiā potētie ſpiratiue ptinet exiſtentia in duobus:& tn̄ ꝙ nō ſpirant ut plura:ſed ut unū.exēplū:ad eētiam potētie cretiue ſicut ad eſſentiā cuiuſlibet cōmunis attributi ptinet ꝙ cōueniat tribus: & tn̄ nō ſequit̄ ꝙ tres pſone creant ut plures: ſed ut unus creator.ut patet p aug.v.de trini.Et ad iſta cōpetunt extra in creaturis. ad eſſentiam enim rei naturalis ptinent duo principia:nō tn̄ ſequit̄ ꝙ nō ē plures niſi p notationem ſed ꝙ unus ſicut pbat ariſtotiles.vii metha.tex.cō.iii.ex intentione.Item ſi plures homines trahant nauē:ad eſſentiā uirtutis tractiue ptinet exiſtencia in pluribus trahētibus ſicut ad eſſentiā cuiuſlibet accidētis ptinet Iniri ſuo ſubiecto ſicut pbat̄.li.iiii.di. xv.arti.i.& di.xxviii.q.ii.arti.iiii.in rñſione cuiuſdā argumenti.nō tn̄ trahunt nauem ut plures niſi forte p quidā connotationem. Sed hñt per hoc ꝙ trahunt unicam.ſi enim traherent ut plures ita ꝙ redupplicatio caderet ſup pluralitatem tunc traherent ita ꝙ in trahendo uirtus eorum diſpergeretur & ſic mutuo ſe impedirent & non traherent.Tertio propter argu. eſt intelligendum ꝙ cum dico ꝙ exiſtentia in duobus pertinet ad eēntiam potentie ſpiratiue. aut penſatur ordo ſeu habitudo potentie ſpiratiue ad ſuppoſita ſpiratiua.q.ymaginaret̄ habitudo uirtutis actiue ad agens ſeu accedentis ad ſubiectum. Aut penſatur ordo reciprocus ipſorum ſuppoſitorum ſpirantium in habitudine ad ipſam uim ſpiratiuam ac ſi probaret̄ habitudo agentium ad ueritatem qua agūt ſeu ſubiecti ad accidens ſuum ꝙ ſubſtentat.

❡PRIMO MODO dico ꝙ ad eſſentiā potentie ſpiratiue pertinet exiſtentia in duobus:ſicut ad eſſentiam potentie creatiue ptinet exiſtentia in tribus:uel ſicut ad eſſentiam accidentis pertinet iuniti ſubiecto. Secundo modo tamen ad eſſentiam potentie ſpiratiue non pertinet pluralitas ſuppoſitorum ſpirantium:ſed ſolum illa pluralitas cōnotatur:ſicut ad eſſentiam potentie creatiue non pertinet trinitas perſonarum:ſed ſolum connotatur:nec etiam ad eſſentiā ſubſtentantis accidens pertinet ipſum accidens: ſed ſolum connotat̄ ipſum accidens ſubſtētatum.❡PER hoc ad formam argu. quādo di it̄ in mi.ꝙ cui competit dualitas &c. Dico ꝙ ex ea pte qua uerum eſt ꝙ ad eſſentiam potentie ſpiratiue pertinet dualitas ptinet etiam & pluralitas.ſicut enim uerum eſt penſato ordine potentie ſpiratiue in habitudine ad ſpirantes ꝙ ad eſſentiam potētie ſpiratiue ipſa unica exiſtente pertinet exiſtentia in duobus ita eſt uerum ꝙ retēto eodem ordine pertinet ad eſſentiam potentie ſpiratiue ꝙ ſit in pluribus & ſub hoc ſenſu eſt uerum ꝙ ſpirant ut plures.i.ſpirat ſecūdum ꝙ potentia ſpiratiua ſecundum eſſentiam ſuā exiſtit in pluribus. Si uero accipiat̄ ille ordo in habitudine ſuppoſitorum ſpirātium ad uim ſpiratiuam tunc ſicut ē negandū ꝙ ad eſſentiam potentie ſpiratiue ptinet pluralitas ymo ſolū cōnotat̄ ita ē negandū ꝙ ſpirant ut plures ſicut ꝓportionaliter. qa negamus ꝙ ad eſſentiā potentie creatiue ptinet plur alitas pſonarū. ymo pluralitas cōnotatur ideo negamus ꝙ creant ut plures creatores.

IN di.xiii.cōtinuať de pceſſio ne.ſ.ſ.ſuppoſito ergo ꝙ de facto ñ diſtingueretʼ a filio niſi ſimul pcederet. Queritʼ ſi p poſſibile uel impoſſibile poneretʼ ñ pcedere a filio an diſtingueretʼ ab eo. Q d ſic.qa ſi nō pcederet a patre: ſed a ſolo filio adhuc diſtingueretʼ a patre:ergo a ſimili ¶ CONTRA.ſuppoſita diſtinguntʼ p relationes originis:ſed poſita ypoteſi inter filiū &.ſ.ſ.non eſſent relatiōes oppoſite ergo. &c. ¶ HIC.v.primo oñdā ꝙ ueritas huius ſ.ꝙ.ſ.ſ.diſtingueretʼ a filio ſi nō pcederet ab eo non impeditʼ p hoc ꝙ queſtio de forma ſua eſt nulla:ſed eſt includens incompoſſibilia. Scdo ꝙ non impeditʼ per hoc ꝙ auctoritates ſanctorum uidentʼ clamare concorditer contrarium. Tertio ꝙ non p hoc ꝙ rationes ad contrarium ſunt pbabiliores q̄ ad ppoſitum. Quarto ꝙ non impeditʼ. quia pſona filii diminueretʼ p ipſā ypoteſim quīto.ꝙ poſita ypoteſi ꝙ licet.ſ.ſ.diſtingueretʼ a filio nō tamen diſtingueretʼ ab eo ſicut quemodo uocatʼ de facto.ſ.ſ.ſed ſicut ſecundus filius. ¶ PRIMVS arti.pbatur tripliciter: Primo comparando iſtam ypoteſim ad aliqd includens in compoſſibilia ſic.quia ſic accipiendo pceſſiones in diuinis ſecundum eſſe quod modo habent de facto includit quaſi icōpoſſibilia.quia modo de facto ut pbatū eſt queſtione. pcedente ad eſſentiam potentie ſpiratiue pertinet eius exiſtentia in duobus ſuppoſitis & per conſequens correſpondetʼ ad eſſentiam illius effectus qui ē utriuſ ꝙ ptinet eſſe ab utroq; ſed ponere rem eē & ſimul auferri ab ea illud quod eſt de eius eſſentia ē ponere incompoſſibilia .ſ.rem eē & non eſſe:ergo attendendo ad eſſe quod pſone diuine nunc habent.de facto queſtio eſſet nulla:ſed in ypoteſi nouiter poſita nō ſupponitʼ iſta:ſed ſupponitʼ per impoſſibile uel per poſſibile ꝙ eſſentia potentie ſpiratiue poſſet ſaluari in uno:ꝙ tunc pcedere poſſet ſaluari in pcedendo uno.ergo non includit icompoſſibilia. ¶ ITEM ſecundo idē probatʼ per quandam regulam conuincendi poſitionem includentem incompoſſibilia: & hoc ex medio per quod arguo:regula eſt. omnis ppoſitio ſupponens aliquod īpoſſibile:includit in cōpoſſibilia:tñ cōceditʼ cōſequentia qñ mediū qd implicatʼ eſt uerū: & aliter nō.exēplū ſi aſinus uolaret haberet alas hoc includit incompoſſibilia. ponit enī eē aſinū & auem quodʼ eſt non eſſe aſinū: ſed conceditʼ conſequentia ꝙ haberet alas.quia cōſequētia tenet per medium uerum implicitum:ſ.ꝙ omne uolans habet alas:ſi enim medium implicitum eſſet impoſſibile non teneret conſequentia.qa ſi homo non eſſet rōnalis & diceretʼ ꝙ adhuc gñaret hominē naturaliter:conſequens eſſet falſum. mediū enim implicitum eſſet falſum. qa mediū eſt ꝙ illud qd nō eſt homo naturaliter gñaret hominem qd ē falſum. ¶ AD ppoſitū cū dico ꝙ.ſ.ſ.diſtingueretʼ a filio ſi nō pcederet ab eo:licet includit incompoſſibilia: tñ mediū qd implicatʼ eſt uerū.qa mediū ē ꝙ duo effectus qui pcedunt a diſtinctis potētiis eliciti uis poſſint diſtingui inter ſe.& iſtud mediū uerū ſuppōit: ſupponitʼ enim ꝙ.ſ.ſ.pcederet a ſolo patre quod nichilominus in patre eēnt duo diſtincta formalia principia diſtinctarum emanationū ſed cum accipitʼ hic ꝙ iam eſt uerū de facto mediū implicitū eſt falſum.ſupponitʼ enim hoc qd multis apparet falſum:ꝙ diſtincti effectus poſſunt pcedere a tali potentia que eſt una inquātū una potentia enim ſpiratiua eſt una de facto inquantū huius.qd patet pp unitatē.n. potentie ſpiratiue cōceditʼ decretalis de ſum.trini. & fi.ca.in.vi.l.ꝙ ſunt unū ſpirans ergo iſto mō.ſecundo queſtio eſt nulla:ſed primomō eſt bona. ¶ ITEM tertio pbatʼ idē p quādā regulā ſumptam ex cōditione ſubiectiqd ſupponitʼ in ypoteſi ſic:omnis inquiſitio eſt rationalis dummodo ſupponitʼ eſſe rei de quo queritʼ ēt ſi eius intentio in eſſe dicat in compoſſibilia:ariſtoteles enim ſecundo de anima.tex.cō.noni probat ꝙ ſi oculus eſſet animal uiſus eſſet eius ſubſtantia quod poſitum includit impoſſibilia:ſi enim oculus eſſet animal non eſſet oculus:ſed in propoſito cum queritur an diſtingueretur.ſ.ſ.a filio ſi non procedet ab eo & ſi includeret hec in compoſſilia de facto: tamen ſupponitʼ eſſe rei de quo queritur ſupponitʼ enim.s.s.emanare a patre:& per conſequens ſupponitʼ eius eſſe:cum autem accipitur queſtio de facto ſupponendo uidelicet ſicut eſt de facto: q.s.de facto non eſt ſpiritus ſanctus procedat ab utroq; ſi tamen hoc queritur an diſtingueretur a filio ſilicet ſi non procederet. queſtio eſt nulla.quia non ſupponitur ſpiritus ſanctus eſſe.ergo cum prima ypoteſi que

ſtio eſt bona ſuppoſito facto per ſuppoſitio
nes enim p impoſſibile: arguūt philoſophi
& ſancti nā. phi. ii. de anima. tex. cō. ix. ad p
bandū ꝙ anima eſt actus corporis. arguit. ſi
oculus eſſet animal: uiſus eēt eius forma. &
tex. cō. viii. ſi dolabra eſſet res naturalis: acu
ties eſſet eius ſubſtantia: ſcđm cōmentato-
rem ibi. & vii. phi. tex. cō. xv. idē modus ar-
guendi hr̄. Item augu. v. de trini. poſt prin-
cipium diſputando contrarium: utiť hac p
poſitione cum eo. ꝙ ſi pater nō gn̄aſſet ni-
chil ꝓhiberet eum eſſe ingenitum. ¶ SE-
QVITVR de ſcđo arti. ubi dico ꝙ aucto
ritates non mouent ad contrariū: quia illud
quod poniť de facto nō p̄iudicat ueritati cō
cedende ex noua ypoteſi de poſſibili: ſed
omnes auctoritates ſcōꝝ explicite & impli
cite ſupponunt ueritatem que in diuinis eſt
de facto. ſ. ꝙ. ſ. ſ. nō diſtinguiť niſi ut ꝓcedit
ab utroqꝫ qđ eſt uerū de facto hoc patet reſ
ſpiciendo. Anſelmum de proceſſione. ſ. ſ. au
gu. xv. de. tri. c. xxvii. & v. de tri. c. xiiii. Et ſic
de tri. c. xii. & xiii. & xix. ubi ſic ꝓlixe tracta
tur de iſta materia. ¶ SEQVITVR de
tertio arti. ubi primo pono rationes. God. ꝙ
poſita ypoteſi ꝙ non diſtingueretur a filio.
ymo ꝙ nec generare nec ſpirare differūt rea
liter ſic. quia cum generare & ſpirare non ha
beant oppoſitionem ad inuicē: ſi diſtinguū
tur opportet habere diſtinctionē uel ex fun
damentoꝝ diuerſitate ſicut albedo & quan
titas faciunt diſtingui ſimilitudinē & relatio
nem equalitatis, uel diſtinctionē ſuppoſitoꝝ
ſicut filiationes due in duobus filiis reſpectu
eiuſdem patris. uno ergo exiſtente fundamē
to & ſuppoſito in diuinis reſpectu generare
& ſpirare ſequiť &c. ¶ ITEM ſcđo ꝓbať
ꝙ poſita ypoteſi idem eſſet realiter genitus
& ſpiratus: quia poſita ypoteſi non poneretť
maior diſtinctio inter filium genitum & ſpi
ritum ſanctū ſpiratū q̄ inter patrē ſpirantem
& generantē: ſed qa ſpiratio actio & genera
tio in patre non hn̄t oppoſitionem originis,
ideo non faciunt diſtinctas pſonas. igiť cum
inter filium & ſ. ſ. non eſt oppoſitio originis,
nec eſſet diſtinctio pſonalis. Item qn̄ aliqua
duo differunt p relatiōes diſperatas inter ſe,
pp diuerſos reſpectus ad diuerſa correlatiua,
ad q̄ habēt habitudinē niſi cū hoc de ſe ma
iorem diuerſitatē importent. ex tali habitu-
dine non debet eis maior diſtinctio attribu
ꝙ inueniť in illis ad que eſt talis habitudo

nam ſi aliquod unum ſubiectū p ſuam quā
titatem ſit duplum ad dimidiū: & diſſimile
per ſuam qualitatem ad nigrum. ex hoc nō
debet poni maior diuerſitas in nigro & di-
midio quam ſit in duplo & albo & ſicut du
plum & album non habent oppoſitionem
quia in ſunt alicui ſubiecto: ita nec dimidiū
& nigrum. ſic ergo ſi ſpiratus & genitus non
habent diſtinctionem niſi in habitudinē ad
ſpiratiuam potentiam & generatiuam non
eſt maior diſtinctio inter generatum & ſpira
tum que ſunt ſuppoſita. q̄ inter potentiā ge
neratiuam & ſpiratiuam: ſed iſta ſūt una po
tentia. ergo &c. & eſſet in toto ſimile ſi albū
& duplum cauſarent nigrum & dimidium.
Alibi addit argumenta p iſta parte. illud ꝙ
preſupponit diſtinctionem filii a. ſ. ſ. p relatō
nes oppoſitas illud non diſtinguit filium a.
ſ. ſ. ſed diſtinctio quam habent adinuicem fi
lius & ſ. ſ. per relationem diſparationis pre-
ſupponit illam diſtinctionem que eſt p rela
tiones originis. ergo diſtinctio per relationē
diſparationis nō diſtinguit. Maior patet. qa
cauſa ſufficiens alicuius effectus non preſup-
pōit aliam cauſam. unde ſit ille effectus: M
inor ꝓbatur. quia diſtinctio diſparatiōis que
eſt inter ſpiratum & generatum p̄ſupponit
illam diſtinctionem oppoſitam que ē inter
generantem & genitum ſpirantem & ſpira
tum. quia illa comparatio oppoſita eſt eſſen
tialis in ratione diſparationis: aut eſt accidē
talis. Iſta minor probatur ſic ab iſtis per hoc
poteſt cōuinci ꝙ generari & ſpirari diſtinguū
tur realiter. quia unum eorū conuenit alicui
cui non conuenit reliquum. puta generari fi
lio cui non conuenit ſpirari. ergo iſta diſtin
ctio relationum diſparatarum que importa
tur inter generari & ſpirari preſupponit fili-
um & s. s. reſpectu quorum conuincatur illa
diſtinctio diſparata. ſed in quocunqꝫ priori
ponitur filius & s. s. neceſſario ponuntur re-
lationes originis oppoſite quibus genitum
eſt a generante & ſpiratum a ſpirante. ergo
diſtinctio diſparationis preſupponit relatio
nes oppoſitas originis. Item ſicut in actibus
uelle preſupponit itelligere & eſt ab illo: ita
in actibus perfectis ſpirare preſupponit uer-
bum & eſt ab eo. igitur ſi non ē: ab eo non
eſt. ¶ CONFIRMATVR per anſel. de
proceſſione. non diſtingueretur s. s. a filio ni
ſi reſpectu eius eſſet deus de deo. ¶ SE-
CVNDO dico ꝙ rationes clariores & pro

babiliores poſſunt dari ad oppoſitū primo. quia quo aliquid cōſtituiť diſtinguiť a quolibet qd non eſt ipſum ſiue ſit ꝓprium ſiue diſparatū tam in abſolutis ꝙ in reſpectiuis ignis enim ꝑ illud qd eſt ignis ita diſtinguiť ab aere & terra ſicut a ſuo contrario qd ymaginať aqua. & ſimile non ſolum per relationem ſimilitudinis diſtinguiť ab oppoſito ſimili. ſed a relatione equalitatis: & mō potentie: & modo menſure que ſunt diſparata: ſed filius conſtituiť in diuinis filiatione. ergo nō ſolū in filiatione diſtingueretť a perſona ꝓcedente ab eo habente oppoſitā relationem ad eū ſed qualibet alia ꝑoſita habēte diſpatam relationem ut puta ſi a ſolo patre procedente. Item ſi pater non ſpiret ſed ſolus filius adhuc. ſ. ſ. diſtingueretť a patre. quia. ſ. ſ. haberet relationem conſtitutiuam qua eſſet ab alio & pater non haberet aliam talem ſed hoc poſito. ſ. ſ. non haberet oppoſitam relationem ad patrem ſed diſpatā. ergo relationes diſpate poſſunt diſtinguere. ❡ AD illud rńdent: ꝙ licet ꝓcederet immediate a ſolo filio: tñ mediate a patre: & ita diſtingueretť. ſ. ſ. a patre ꝑ relationem originis licet mediante origine filii: ſed ſi non ꝓcederet a filio tolleretť omnis oppoſitio relationis ad filium & ꝑ cōſequens diſtinctio. Contra hec rńſio: dat ꝓpoſitum. qa aut intelligunt ꝙ. ſ. ſ. diſtingueretť mediate ꝑ originem a patre ita ꝙ originetť ab eo licet mediante filio: ſed tunc accipiunt contrariū poſito. poniť enim eſſe a ſolo filio & non a patre. ſi autem intelligunt ꝙ poſita ypoteſi adhuc diſtingueretť a patre mediante filio nō. quia oriretť a patre: ſed a filio ſolum qui cum oriretur a filio & non a patre tunc ſpitus. ſ. nunꝗ oppoſitionem habet ad patrem: ſed ad filium & tamen diſtinguitur. ergo relatione ſola diſparata. ſic ergo eſſe poterit inter filium & ſ. ſ. Item que minus differunt aliquando ſunt magis incompoſſibilia quam que magis differunt. uerbigratia albedo minus & albedo magis ſunt incōpoſſibilia ī eodē ſubiecto ꝙ albedo & dulcedo: ita licet ꝙ equaliter differant generare & ſpirare & generari & ſpirari. tñ generari & ſpirari ſunt incōpoſſibilia in eodē ſubiecto non tñ generare & ſpirare. probo. quia licet cōicare naturā modis contrariis non ſit habere naturā modis contrariis: tñ naturam cōicari modis contrariis eſt habere eam modis contrariis: cum ergo generari & ſpirari dicit naturam cōicari modis contrariis: ſi poſſent eſſe generari & ſpirari in eodem ſuppoſito. tūc idem ſuppoſitum haberet naturam diuinam modis contrariis: non autem ſequitur hoc impoſſibile ſi generare & ſpirare ſunt in eodem ſuppoſito. ergo iſta non compatiuntur ſe in eodem ſuppoſito. ſ. generari & ſpirari. & ſic habetur propoſitum ꝙ ſi. s. s. eſſet ſpiratus a ſolo filio adhuc diſtingueretur ab eo. Item quando due productiones ſunt ypoſtatice ſiue ſubſtātiue: productum per unam huiuſmodi ꝓductionem nunꝗ poteſt produci in alio ſiue ꝓducať ab uno ſiue a duobus: ymo nec huiuſmodi producta poſſunt ꝓduci in tertio patet ꝑ oppoſitum. quando enim ꝓductiones ſunt qualificatiue tunc unum productū pōt produci in uno aut ambo in tertio: ſiue etiā producatur ab uno ſiue a duobus. quia albedo & figura unum poteſt produci in uno & ambo in tertio. ſiue producantur ab uno ſiue a duobus: ſed planum eſt & ut ſupponiť in ypoteſi ꝙ productio filii & ſpiritus. ſ. ſunt ypoſtatice productōnes. ergo ſiue. ſ. ſ. ꝓcedit ab uno ſiue a duobus ſemꝑ ſpiritus ſanctus erit unum per ſe ꝓductum & per ſe ſubſiſtēs & non ſubſiſtens in alio: & ita ſuppoſitum diſtinctum a filio. Item diſtincta ſecundum rationem nūꝗ diſtinguntur niſi reſpectu aliquorum diſtinctorum ſecundum rem. patet de dextro & ſiniſtro ī columpna. ſed poſita ypoteſi in pſe erunt emanatiōes diſtincte & diſtincte potentie saltē ſcđm rationem. ergo (cum in diuinis non poſſunt aſſignari realiter correſpondentia niſi terminum illarum emanatiōnum) ſequiť propoſitum. Item nō ſolum illa que dicunt perfectōnem in nobis conceduntur in deo: ſed modus iſtarum perfectionum conceditur in deo: ſi ille modus dicat perfectionem. ſicut enim concedimus in deo intelligere ita concedimus ī deo formalem ratōnem eius. qa formalis rō eius dicit perfectionem: ſed intelligere & uelle que in nobis pfectiōem dicūt cōceduntur in deo & modus illaꝝ pfectionum eſt ꝙ uterq; actus habet ſuum proprium terminum: & hoc eſt perfectionis in eis. quia ſi terminum eorum inuicem confunderentur eſſet imperfectionis. ergo ſi ex ypoteſi ponatur ꝙ in ſolo patre uoluntas habet ſuum perfectum uelle ſicut in patre intellectus habet ſuum perfectum intelligere: neceſſario ſequitur ꝙ ſicut

per intelligere habetur ſuus proprius termi-
nus quod eſt uerbum ita per uelle habebitur
proprius terminus & diſtinctus qui eſt.ſ.ſ.
Item poſita ypoteſi pater remaneret omni
potens quia in ypoteſi ſupponitur ꝙ pater
manet deus; ſed non eſſet omnipotens niſi
poſſet producere diſtincta ſuppoſita .igit̃.ꝓ
bo minorem. quia nõ eſſet omnipotens ni
ſi poſſet producere oĩa que in rerum natura
ſunt ꝓducibilia:ſed certum ẽ ꝙ in rerum na
tura talia plura ſunt producibilia & hoc eti
am manifeſte ſupponitur in ypoteſi. Aliter
enim queſtio non haberet formã ergo.&c.
Item relationes oppoſite que nunc ſunt de
facto remanerent.remanerent enim genera
re & ſpirare per poſitum & generari & ſpira
ri ergo tria ſuppoſita diſtincta . Item prius ẽ
intelligere patrem ĩgenitum ꝙ̃ generare. qa
ſi non generaret adhuc eſſet ingenitus.v.de
trinitate.ergo eadem ratione prius eſt intel
ligere filium genitum ꝙ̃ ſpirare . quia qua ra
tione concedi poteſt ꝙ ſi pater non genera-
ret adhuc eſſet ingenitus:eadem ratione po
teſt concedi ꝙ ſi filius.non ſpiraret adhuc eſ
ſet filius:ſed ſi poteſt eſſe filius & non ſpiret
ergo poſito actu ſpirandi in quocunq; & ip
ſo non ſpirante adhuc erit filius.& per conſe
quens diſtinctus a tali ſpirato .Cõcordat ſco
tus.q.ii.di.ii.& henri.quoli.v.q.ix.

¶ AD argumenta alterius. ¶ AD primũ
cum dicitur ꝙ potentia generatiua & ſpirati
ua non diſtinguntur niſi ratione . Dicitur ꝙ
ſic:per relationes diſparatas :& quando dici
tur ꝙ non diſtinguntur niſi ex diuerſis fun-
damẽtis &c. Dicitur ꝙ ymo:ex diuerſo mo
do fundandi.patet in ſimili . quoniam duo
calida referuntur ſuppoſiti relatione funda-
ta in calore:unomodo actiui & paſſiui que
eſt modo potentie. Aliomodo relatione ſi-
militudinis que eſt non unius. Ad ſecũdum
cum dicitur ꝙ genitus & ſpiratus non diffe
runt pluſꝙ̃ generans & ſpirans . ¶ DICI-
TUR quod licet equaliter differãt inter ſe
tamen ſunt magis ĩcompoſſibilia uni⁹ : & ei
dem ut dictum eſt . quia licet duo actus poſ
ſunt eſſe ab eodem agente : non tamen poſ
ſunt terminari ad idem productum:nec due
actiones &c.ut ſupra tertio argumento.
¶ AD tertium cum dicit̃ ꝙ ſicut duplum
& album ſe compatiunt̃ in eodem ſuppoſi
to:ita dimidium & nigrum & ſic in propoſi
to:dicendum:ꝙ uerum eſt niſi aliud obſiſteret

ſi autem unum ſuppoſitum inquantum du-
plum ꝓduceret dimidium ad quod reffert̃.
& idem ſuppoſitum inquantum album ꝓ-
duceret nigrum ad quod reffertur:tunc eſſet
impoſſibile ꝙ dimidium & nigrum eſſent
in eodem ſuppoſito:& ſic eſt in ꝓpoſito ut
dictum eſt. ¶ AD quartum dico ꝙ minor
eſt falſa: Ad ꝓbationem eorum dico ꝙ pro
cedit ex falſa ymaginatione ymaginantur
enim ꝙ relatio diſparationis ipſius & gene-
rari ſit differens a relatione ſua qua opponi
tur ad ſpirare accidentaliter conſequens ip-
ſam.ſicut riſibile ſequitur hominẽ ꝙ falſum
eſt : autem enim idem realiter ita ꝙ relatio
ut diſparata non dicit ſuper relationem ut
eſt oppoſita aliam rem ſed ſolum eandem
rem aliter nominatã ſicut affirmatio & ne-
gatio : ſicut enim homo per humanitatem
eſt homo:ita per humanitatem non eſt aſi-
nus:ſed differt ab aſino. eodemmodo filius
dicitur per generari ad patrem & per gene-
rari non eſt.ſ.ſ.ſed differt ab eo relatione di
ſparationis.ad formam ergo argumenti quã
do dicitur:ꝙ relatio diſparationis preſuppo
nit relationem.unde oppoſita: Negat̃ .ym̃
ſunt eadem res : & quando dĩ una conuerti
tur cum alia. Dico ꝙ hoc non eſt.q.per aliã
rem ſed per eandẽ aliter nominatam ſicut
hic homo non eſt aſinus & uniuerſaliter ſi-
cut negatio . probatur per affirmationem:
pro iſta ſolutione & omnium p̃cedentium
recurre ad di.x.arti.primo & ibi uidebis quo
modo non diſtinguit diſparata ratione diſ
parationis:ſed ratione oppoſitionis incluſe.
¶ SEQUITUR de quarto arti.ubi di-
co ꝙ non impeditur per hoc ꝙ perſona filii
deſtrueretur per illam ypoteſim.Dicunt enĩ
quidam:aureolus ꝙ poſita ypoteſi non diſtĩ
guitur perſonalitas quod ſic ymaginantur:
potentia ſpiratiua ſimul cum filiatione perti
nent ad conſtitutionem filii : ſi ergo poten
tia ſpiratiua poneretur in ſolo patre ; ſequit̃
ꝙ deſtruitur perſona filii & per conſequens
non remaneret perſonaliter diſtincta a.ſ.ſ.
Ma.probat di.ii.q.i.ar.iii.propoſitione.iii.ſi
enim ſpiratio non pertinet ergo non habet
eandem unitatem & in diuiſionem cum fi-
liatione:ſed diſtinguitur aliquomodo : hoc
falſum eſt quia eſſet compoſitio : probatio .
quia quod aduenit entitati aut unitati que
dicit perſeitatem tertii modi dicit compoſi
tionẽ cum eo:ſed ſi ſola filiatio conſtituit fi-

lium tunc filiatio dicit entitatem que dicit p ſeitatem tertii modi & tunc tali entitati per ſeitatis aduenit ſpiratio actio:igitur &c. Item ſi ſpiratio actio non ſit intrinſeca pſo nalitati ergo aſſiſtit ſibi:hic eſt error porreta ni. ¶ ITEM auguſtinus frequēter dicit ꝙ ſola trinitate eſt fruēdum .i.de doctrina chri ſtiana.c.i.dicit ꝙ res quibus fruendū eſt:ſunt pater &c.ſed ipſa ſpiratiue actiua eſt fruendū ergo itrinſece partium ad trinitatem. Mi.pa tet.eſt enim proprietas una in perſonis:ſed i perſonis adoratur indiſtincte quelibet pprie tas ut canit eccleſiam. ¶ CONFIRMA TVR.quia ſi ſpiratio actio non ſit intrinſe ca perſonalitati & eſt aliquid reale. eſt enim illud per quod producit̄.ſ.ſ.aut ergo erit res qua utendum.hoc eſt falſum.quia nichil qd eſt reale in deo eſt utendum:aut que fruen dum hoc etiam eſt falſum.quia tunc due re lationes fruibilitatis & duo quibus fruendū. erunt in filio:& in .ſ. ſancto tantummodo unum quod eſt abſurdum quia eſſet minus fruibile q̄ filius.Item eadem cōmunicatione indiuiſibili cōmunicatur filio ſpiratio actio: quia eſſentia & eodem ordine.i.ſine oi prio ri & poſteriori:ſed hoc nō eſſet uerum ſi ſpi ratio actio ſuperueniret ſuppoſito filio prius conſtituto.quia eſſentia comunicatur filio tā q̄ illud quod pertinet ad eius intrinſecam perſonalitatem:& non tāq̄ aliquid ſuperue niens ſuppoſito iam conſtituto.pbatio ma. eadem enim cōmunicatione I diuiſibili qua filio cōmunicat eſſētiam cōmunicat ſibi om ne illud in quo non opponit̄ ſibi :ſed Iſpira tione actiua non opponitur . propter iſta te net etiam ꝙ ſpirare ptinet ad perſonalitatē patris. ¶ ADDVNT in fine :ꝙ perſonali tas filii non eſt effectus formalis filiatōis tan q̄ effectus cuiuſdam unius forme:ſicut eſſe al bum reſpectu albedinis:ſed eſt aliquid reſul tans.ſicut enim cōmuniter dicimus ꝙ forma domus ē forma quedam que reſultat ex plu ribus:ſcilicet fundamento :parietibus : & te cto:ſic ratio perſonalitatis que non eſt aliud q̄ perſeitas tertii modi dicitur reſultare ex eſ ſentia & generatione paſſiua & ſpiratiōe ac tiua:pro eo ꝙ nullum iſtorum habet unita tem per ſe: ſed conſtituunt eandem unitatē aut perſeitatem :Addit quod tamen filiatio a doctoribus dicatur ratio formalis : hoc nō eſt quod ſit form a ſed quodammodo princi pale eo modo quo tectum in domo. ¶ Itē

illud conſtituit perſonaliter quo ablato de ſtruitur perſona:ſed ſi filius in diuinis nō ha beret potentiā ſpiratiuā nō remaneret filius ſicut nec ipſe remāeret deus igit̄. ¶ CON TRA iſtā op.prio oſtendo ꝙ nō ē niſi fuga difficultatis I queſtiōe:ubi ē notādum ꝙ om nes doctores querentes iſtam queſtionem faciunt difficultatem propter errorem greco rum ortum a concilio niceno q tenent trini tatem perſonarum negantes.ſ.ſ. procedere a filio a tunc ſuper hoc doctores mouēt quē ſtionem an hoc conceſſo ꝙ nos cōcedimus cum grecis:uidelicet:ꝙ pater pducit filium & ꝙ ſunt duo ſuppoſita entia in rerum na tura.ſ.pater:& filius:an ſic poſita exiſtentia utriuſq; perſone:ſi tunc poſito per poſſibile uel impoſſibile ꝙ filius no ſpiraret cum pa tre.ſ.ſ.an.ſ.ſ.poſſet eſſe.tertium ſuppoſitum. diſtinctum in diuinis ab aliis duabus iā exi ſtentibus : ita ꝙ tota difficultas doctorum eſt de perſona.ſ.ſ.an.ſ.ſ.eſſet una perſona in diuinis poſita ypoteſi de exiſtentia utriuſq; & ꝙ non procederet ab utroq;.tunc arguo. tota difficultas doctorum eſt circa perſonā . ſ.ſ.an eius ſuppoſitum deſtrueretur per po ſitionem grecorum:uel non:ſi non pater & filius ambo eſſent perſone exiſtentes in re rum natura ſed altera ſola ſpiraret . Sed iſta nouella op . fugit ad hoc difficile & uadit contra ypoteſim ad perſonam filii dicen do:ꝙ deſtrueretur . ergo clare patet ꝙ non eſt niſi fuga difficultatis . ¶ ITEM illud magis apparebit ſimpliciter.arguendo con tra op.quando ſoluet̄ argu.eorum. ¶ SE CVNDO oſtendo ꝙ illud ad quod fugiūt eſt falſum uidelicet:ꝙ potentia ſpiratiua per tinet ad conſtitutionem:quia illud non pti net ad conſtitutiōem incōicabilem ſiue pſo nalem quod ē cōe pluribus pſonis.quod pa tet in diffinitione perſone que dicit : ꝙ pſo na eſt incōicabilis exiſtentia:ſed potentia ſpi ratiua eſt cōis patri & filio.ergo &c. Iſti uidē tur dicere ꝙ licet potētia ſpiratiua ē cōis pa tri & filio:tamen ut eſt in patre dicit aliā in diuiſionem & aliam ut in filio. Et uocāt iſti aliam & aliam Idiuiſionem:quod alii uocāt aliam & aliam formalem rationem.& tunc dicunt alio & aliomodo in diuinis potētia ſpiratiua poteſt eſſe aliquid incōicabile i pa tre & aliquid incōicabile in filio. ¶ CON TRA hoc arguo ſic.iſti doctores ponentes iſtam indiuiſionem uocant indiuiſionē uni

tatem ita ꝙ quelibet ratio que ē una in diui
nis debet habere ſuam ſdiuiſionem. quia ut
dicunt eſſentia diuina eſt una unitate abſo-
luta::ideo eſſentia eſt indiuiſa in diuiſione
abſoluta & relatio in diuinis.qa habet unā
rationem.ſ.ad aliquid ideo dicitur in diui-
nis relatio indiuiſa in diſtinctiōe relatiua:ſed
potentia ſpiratiua ex parte relationis ē una
& cōmunis patri & filio.ergo repugnat po-
tentie ſpiratiue ꝙ quocunqꝫ modo cogita-
bili poſſit diſtingui in plures inditiōes ymo
hoc eſt ſimpliciter deſtruere potentiam ſpi-
ratiuam:Et declaratur ratio p principia iſto
rum eſſentia diuina eo ꝙ eſt cōmunis omni
bus pſonis repugnat ſibi ꝙ ipſa diuidat' in
plures indiuiſiones :ita ꝙ ille indiuiſiones
pn̄t ptinere ad diſtinctas conſtitutiones pſo
nar̄ ſed ipſa ſemper remanet indiuiſa indi
uiſione eſſentie:ſed potentia ſpiratiua ē una
unitate communitatis in patre & filio ita ꝙ
unitas cōmunitatis ē ratio p quā ipſa eſt po
tentia ſpiratiua:& ideo doctores & decreta
lis de ſum.trini.& fi.ca.fideli ſaluat ꝙ pater
& filius ſunt unus ſpirator pp unitatem po
tētie ſpiratiue cōmunis utriqꝫ igit' repugnat
potentie ſpiratiue ꝙ ipſa diuidat' in plures
diuiſiones ptinentes ad conſtitutiōem filii.
Argumenta que ponam p op.mea efficati-
us reprobabunt.Prius tamen oſtēdo ꝙ argu.
iſtorum non concludunt:non primum quia
conceſſo & ſpiratio actio non habeat eādē
indiuiſiōem cum filiatione. Tn̄ abſolute ut
comparant' ad eſſentiam ſunt idem eſſentie
realiter ēt ſic ſecundum iſtam compoſitionē
inter ſe ſunt eadem realiter. quia quecunqꝫ
uni & eidem ſunt eadem primi phi. tex .cō.
xvii.& primo eleuchorum cap.iiii.&c. & ſic
eſt ydempritatis non compoſitio. Si etiā cō
parantur adinuicem utroqꝫ retinente ſuā ha
bitudinem ad oppoſitum non ſequit' cōpo
ſitio.quia pluralitas relationum diſperatar̄
in aliquo non arguet cōpoſitionem ubi oēs
ſunt idem realiter fundamēto de hoc di.x.
arti.i.c.Nec mouet ſecundum .quia poreta-
nus poſuit ꝙ ſic erat aſſiſtēs relatio ꝙ nec eſ
ſet in fundamento:nos uero ponimus ꝙ eſt
in fundamento per ydemptitatem & hoc ſi
ue comparet' ad eſſentiam abſolute ſiue cō
paretur ad aliam relationem : & ita ſpiratio
nullomodo erit aſſiſtens. Nec tertium.quia
ſi ponamus trinitatem perſonarum ptinere
ad primum obiectum fruitionis ſiue ſecūda

rium adhuc ſequeretur ꝙ ſpiratione actiua ē
fruendum poſito ꝙ non ſit de per ſe ratione
conſtituta filii:quia hoc poſito adhuc relati
ue dicitur ad ſpiratum:ſed impoſſibile ē frui
uno relatiuorum nō fruendo alio . ergo &c.
Et quādo dicitur ſola trinitas ē fruendū .Dī
ꝙ uerum eſt:ſic tamen ꝙ ly ſola non exclu-
dit fruitionem eor̄ que eadem neceſſitate
fruunt':nec modū confirmatio.quia nichil p
hibetꝙ filius pluribus ſit fruibilis.ſ.ſ.ſicut ni
chil phibet ꝙ plures habet relatiōes.Et hoc
loquendo de fruibilitate relationum ut hic
loquimur . Nec modū quartum quia maior
que dicit:ꝙ ſimul & eodem ordine commu
nicat' filio eſſentia & ſpiratio actio eſt falſa,
quia primum ī illo ordine ē eſſentia que ha
bet relationem fundamenti: & ſecundum ē
relatio fundata.Et quando dicit' ꝙ illa cōi-
catio eſt indiuiſibilis qua utrumqꝫ cōicatur.
Verum ē ꝙtum ad ipſam cōmunicationem
qua una ē reſpectu utriuſqꝫ. eſt tn̄ diuiſibilis
quo ad ordinem cōicatorum . quia primum
eſt eſſentia:conſequens ē relatō :Illud etiam
quod addunt ꝙ pſonalitas eſt forma reſul-
tans non ē uerum :forma enim reſultans ſo-
lum habet locum in entibus qbuſdam p ac
cidens:ut in domo:& in archa: & huiuſmōi
in qbus forma non pſupponit' cōpoſitioni
ſed reſultat ex cōpoſitione.In hiis aūt eſt in
qbus forma pſupponit' cōpoſitiōi nūꝗ uoca
tur reſultans ut ī hoīe & albo cū ergo ī diui
nis pſona nō ē ens p accidēs: ymo formalis
nō p ſe preexigit' conſtitutioni p ſe eodēmō
loquēdo ꝙ pricipiū forme pexigitur cōſtitu
to p ipſum ſequtur.ergo ꝙ non ē forma reſul
tās.Dices ſemp uidet' ꝙ ſi ſit aduēiēs ſupp o
ſito filii ꝙ erit accidens. Verū eſt ſi ſic adue
nerit ꝙ cōparata ad ſuppoſitum non tranſi
ret per idēptitatem in ipſum.De hoc diffuſe
di.x.arti.i. Videt' igit' ꝙ ſpiratio actio nō p
tinet intrinſece ad formalē rōnem cōſtituti
uā filii.qa qd ſequit' ſuppoſitū nō cōſtituit ip
ſum:ſed actio ſequit' ſuppoſitū agens ergo
ſpiratio nō cōſtituit. pbatio minoris. qa qd
nō eſt ſuppoſitū non poteſt agere actionem
ſuppoſitalē:ſed illud ē primū reſpectu alte-
rius ſup quo aliud nō pōt eſſe & illud aliud
ē ſcdm & ſequēs,ergo.Scdo arguo ubi pmit
to ꝙ ubi ſunt due pductiones quarū una eſt
mō nature:& altera mō libertatis : & ſi illa
mō nature ſcdm aliquos n̄ ſit prior illa ꝗ eſt
mō libertatis. Tota tn̄ theologia cōcedit ꝙ

illa que ē modo nature eſt prima:& illa que
eſt modo libertatis eſt ſecunda: theologia
enim tota concedit in diuinis primam:& ſe
cundam & tertiam perſonam.licet aliqui ne
gant ibi prius & poſterius:ſed generatio fi-
lii eſt modo nature & productio ſpiritus.ſan
cti eſt modo libertatis ergo generatō filii eſt
prima productio tunc arguo ſic. productio
filii eſt prima productio & cum excluſio iſta
ſic:ꝙ ipſa non eſt ſecunda productio in di-
uinis:nec actu nec aptitudine:ſed prima pro
ductio que ſic eſt prima ꝙ excludit ſecundā
omnino neceſſario habet terminum primū
ſibi correſpondentem qui terminus excludit
ſecundam ꝓductionem omnino. quia poſt
ꝗ ponitur prima productio oportet habere
primum terminum ſibi correſpondentem.
aliter enim eſſet ꝓductio ſine producto: &
poſtꝗ ponitᷣ excluſio non in ꝓductione pri
ma reſpectu ſecūde oportet ſcdam excludi.
Aliter eſſet ꝑciſio ſine preciſo:& excluſio ſi
ne excluſo:ergo generatō patris habet termi
nū non alium certū eſt)filiū & excluſa omni
ſcda ꝓductione & omnino & quādiu oīno
excluditur ſecunda productio que ē per mo
dum amoris & libertatis excluditur uis ſpi-
ratiua. quia uis ſpiratiua conſtat in mutuo
amore.ergo per primam productionem ꝓ
ducitur perſona filii excluſa omnino ui ſpi-
ratiua & ita habetur propoſitum ꝙ non per
tinet ad eius conſtitutionem Tertio poten
tia ſpiratiua non pertinet ad cōſtitutionem
patris.ergo nec ad conſtitutionem filii pro-
batio conſequentie quam tamen concedūt.
& probatur ſic.quia ubicunqꝫ eſt productio
qua producitur terminus adequatus opor-
tet ibi eſſe commenſurationem adequatio
nis & mutuam inter producens & productū
ſi ergo paternitas & generare preciſe perti-
net ad conſtitutionem patris excluſa ui ſpi-
ratiua.ergo oportet ſic commenſurare in fi-
lio producto ꝙ filiatio ſiue generari preci-
ſe conſtituit filium excluſa ui ſpiratiua.pro-
batio antecedentis.quia ſi uis ſpiratiua perti
net ad conſtitutionem patris.ſequitur ꝙ per
ſona filii eſt prima perſona in diuinis:& per
ſona patris ſecunda probatio huius.quia uis
ſpiratiua inquantum huius non eſt aliquid
in rerum natura niſi iam exiſtente filio: qa
ipſa eſt communis notio patris & filii ſed eo
ipſo quo uis ſpiratiua exigit perſonam filii
exiſtentem perſona filii comparata ad uim
ſpiratiuam habet rationem primi & uis ſpi-
ratiua habet rationem ſecundi.ſi ergo perſo
na patris conſtituitur per uim ſpiratiuam ſe
quitur ꝙ pater eſt ſecunda pſona & filius pri
ma.Minor patet.quia eo ipſo quo concedi-
tur ꝙ exiſtentia eſſentie ĩ diuinis facit ad fun
dationem relationis ex natura terminorum
conceditᷣ ꝙ eſſentia eſt prima & relatio ſe-
cunda.ergo eodemmodo cum conceditᷣ in
diuinis ꝙ exiſtentia filii facit ad fundandum
relationem potentie ſpiratiue: & hoc non
ſolum per modum fundamenti:ſed per mo
dum ſuppoſiti fundantis ſequitur neceſſa-
rio ꝙ perſona filii ē prima & uis ſpiratiua ſe
cunda.Item ſequuntur ex iſto cōtradictoria
quia ut deductum eſt ſequitur ꝙ perſona pa
tris eſt ſecunda:& ex hoc ꝙ uis ſpiratiua po
nitur cōmunis notio patris & filii eo ipō po
nitur pater prima perſona quia ubicunqꝫ no
minatur pater & filius pater importat pater
nitatem.& ita ſequuntur incompoſſibilia ꝙ
pater eſt prima perſona & nō prima pſona.
¶ IDEO.iiii.ſic quod aduenit perſonis cō
ſtitutis non pertinet ad conſtitutionem eaꝝ
ſic ſe hēt uis ſpiratiua patris & filii ergo.mi.
probatur aliter enim paternitas & filiatio eſ
ſent quedā entia impfecta. probo qd ponitᷣ
in diuinis ad aliquem effectum ſi non habe
at ſuum complementum:in diuinis erit im
perfecte.ut patet de attributis.ſi enim potē
tia in diuinis non poſſet eē principium agē
di eſſet imperfecte:ſed paternitas & filiatio
ponuntur ad illum effectum quod eſt conſti
tuere perſonas aliquo modo:etiam ſecundū
iſtos.ergo niſi totaliter & completiue erunt
conſtituentia imperfecta.Item illud non ꝑ
tinet ad cōſtitutionem ſuppoſitalē filii quo
ablato & quodā alio poſito adhuc erit ſup-
poſitum filii nunꝗ enim poſſem probare ꝙ
paries eēt albus per albedinem niſi quia; po
ſita in eo albedine ipſe eſt albus & quocūqꝫ
alio colore poſito non eſſet albus:ſed poſi-
to ꝙ filius non ſpiret & ꝙ generetur erit ſup
poſitum ergo.&ce.Probatio minoris ex tri
plici rōne ſuppoſiti prīo qa in diuinis ſuppo
ſito uocatᷣ ꝙ eſt incōicabile ſed ſi nō ſpiret
ſed generetᷣ mēet aliqd incōicabile.s.gene-
ratio:ſpiratō.Scdo ſocrates(qa oē genitū ge
neratiōe ſbāli tanꝗ qd & nō tāꝗ quo tm̄) ē
ſuppoſitū & iō dicit ari.vii.me.tex.cō.xxvii.
ꝙ nō generatᷣ hō ſed iſte hō callias aut ſocra
tes ꝗ ſunt ſuppoſita.humanitas uero aliquo

modo eſt quo:ſed conceſſo ꝙ filius non ſpi
ret ſed quod gñetur filius generabiť gñatio
ne illa ut qđ:non quo tm̃.qa hoc poſito erit
terminus adeq̃tus ſicut ſocrates .ſcđo hic ꝓ
batur productũ p ſe perſeitate tertii modi &
non in alio eſt ſuppoſitum: ſed ſi filius non
ſpiret ſed genereť non ꝓduciť in aliquo per
ſe.patet.ſed p ſe pſeitate tertii modi . qa ex
quo ꝓducitur & non inherenť ſequitur ꝙ ē
ꝓductũ p ſe ergo &c.Ad ultimũ argu.facile
eſt uĩdere.ubi ē notandũ ut ꝑtactũ eſt hic nõ
eſt difficultas q̃tũ ad ordinem qui modo eſt
de facto in diuinis.quia certũ eſt modo de fa
cto ꝙ filius ſpirat & etiam eſt certum ꝙ ſi nõ
ſpiret auferreť ſibi eſſe deum.ergo eſt difficul
tas quia ſi poneretur in eſſe pſonali & non
ſpiraret ſicut ponunt greci.an ypoteſi poſita
eſt aliqua repugnantia terminorum quia.s.
s.eſſet unũ tertiũ ſuppoſitũ diſtinctum in di
uinis poſito ꝙ ſolus pater ſpiret. Tũc ad for
mã argumenti quo ꝓbatur ꝙ potentia ſpi
ratiua ptinet ad conſtitutionē filii qa uis ſpi
ratiua ablata a filio deſtruit ſuppoſitũ filii.
Dico:ꝙ ſi loqueris de ordine q modo eſt ꝙ
eſt uerum ꝙ deſtrueret ſed tunc maior ꝓpo
ſitio eſt falſa uidelicet:ꝙ illud conſtituit ſup
poſitum quo ablato ipſum deſtruiť.ſi enim
quo ad ordinē qui modo eſt de facto auferre
tur a filio quodcunq; attributũ deſtrueretur
filius ymo nec remaneret deus:nullũ tñ attri
butũ cõſtituit filium.ſi aũt loqueris de poſſibi
li que poniť ex ypoteſi tunc dico ꝙ minor
eſt falſa que dicit ꝙ ſi filius in diuinis nõ ha
beret uim ſpiratiuam deſtrueretur . ¶ SE
QVITVR de.v.ar.ubi dicit aureolus ꝓ
poſitione.iiii.ꝙ poſita ypoteſi ꝙ non diſtin
gueretur perſonaliter a filio quia perſona fi
lii deſignaret eſſe.auferetur enim a filio ſpi
rare.quod pertinet ad eius conſtitutionem
ut probatum eſt:ſed ut dicit:licet perſona fi
lii deſignaret eſſe:perſona tamen in filio re
maneret aliquid reale ſecundum ꝙ diſtigue
reť a.s.s.uidelicet generari quod eſt impoſſi
bile cum ſpirari:hoc probat ſic ibi circa me
dium:ubi ſunt due paſſiue productiones im
poſſibile eſt ꝙ attingant idem productum .
ſed ſi.ſ.s.nõ procederet a filio generari & ſpi
rari eſſent in deo diſtincte productiones ſe
cundum anſel. de proceſſu.s.s.c.ii.unus enī
ex deo eſt naſcendo:& alius procedendo.er
go &c.Alia argu.uide ibi:ſed iſte due con
cluſiones contradicunt.quod enim in natu
ra rationali deſinit eſſe perſona deſinit eſſe
diſtinctum in eſſe diſtincto reali ab aliis:ſed
per te in primo dicto ſi.s.s.non procedit a fi
lio filius in diuinis ubi natura eſt rationalis
deſinit perſona eſſe.ergo ex hac ypoteſi po
ſita deſinit diſtingui realiter a.s.s.cuius con
trarium dicis in.ii.dicto.probatio ma . quia
perſona eſt nature rationalis incõicabilis exi
ſtentia.ergo ablata perſonalitate in natura
rationali auffertur incõmunicabilitas: ſed in
cõmunicabilitate ablata deſinit diſtinctio .
ergo quod in natura rationali deſinit perſo
na eſſe deſinit eſſe diſtinctum. Item hoc ar
guo argumento eorum ſi.s.s.non procede
ret a filio adhuc diſtingueretur realiter ſicut
genitum a ſpirato per eos:ſed hoc diſtingui
tur perſonaliter. ergo concedendo primum
& negando ſecundum contradicunt. proba
tio mi.s.s.non ē perſona quia ſpiritus ſed qa
ſpiritus ĩ natura rõnali & eadē rõ eſt de geni
to.cũ ergo cõcedatur filiũ genitũ eē ĩ diuinis
ubi eſt natura rõnalis ſequitur ꝙ erit pſona.
¶ IDEO michi uidetur ꝙ poſita ypoteſi
ꝙ diſtinguetur a filio perſonaliter non tam̃
diſtingueretur ab eo ſicut perſona que mo
do de facto uocatur.s.s.ſicut ſecundus filius
& tanq̃ frater primi.Q uia probatur . quia.
s.s.non dicitur modo diſtincta perſona a fi
lio niſi quia eſt a duobus:ſed poſita ypoteſi
non procederet a duobus.ergo non diſtin
gueretur a filio tanq̃.s.s.ſed quaſi frater eius.
Iſtam rationem ponit aug.xv.de tri.ca.xvii.
ubi loquitur de diſtinctione iſtarum querẽs:
cur non dicatur natus ſed procedere.s.s. Re
ſpondet ꝙ ſi diceretur natus uel filius ambo
rum diceretur filius quod abſurdum eſt . qa
nullus duorum eſt niſi patris & matris. Tũc
arguo:tota ratio quam aſſignat quare eſt.s.
s.& non filius eſt:quia amborum eſt . ergo
da oppoſitum ꝙ ſit ab altero tunc non po
terit eſſe.s.s.ſed filius. ¶ ITEM ibidē ſub
dit aug.attole oculos in ipſam lucem & eos
in ea fige ſi potes ſic uidebis quid diſtat nati
uitas uerbi a proceſſione doni dei : ſic uide
bis propter quod donum non de patre eſt
genitum alioquin frater eius eſſet:ſed ꝓce
dere dicit.s.s.unde cũ ſit cõio quedam cõſub
ſtantialis patris & filiĩ amborum ſpiritus nõ
amborũ qđ abſit eſt dictus filius.Nota expſ
ſe quod ex hoc ꝙ conuincit ꝙ ē.s.s.& ñ fra
ter ꝑmi filiĩ qa cõio q̃dã cõſubſtãtialis patris
& filii amborũ ſpiritus.ergo da oppoſitũ &

ſequit̃ ꝙ eſt &c.Itē ꝓbo p rationē ꝙ.s.s. ſo
lum diſtingueret̃ a filio qui eſt uerbū in hoc:
ꝙ ipſe eſſet uere filius qui eſſet amor uel do
nū Ad quod ſuppono illud qd dictū ē di. x.
ar.iiii.ꝙ uoluntas notionalis eſt principium
ꝓducēdi s.s.qui eſt deus non ſub preciſa rō
ne uoluntatis ſed inq̃tum habet uim cōicā
di ſubſtantiam & eodē mō de intellectu no
tionali reſpectu filii. Tunc arguo.ſi s.s.proce-
deret a ſola uoluntate paterna ſicut filius ꝓ
cedit a ſolo intellectu paterno non plus cō
traheret uoluntas a patre ut appropriaretur
patri quam nunc contrahit intellectus ut ꝓ
priatus patri ſed intellectus per hoc quod ap
propriatur & fit notionalis in eo non plus
habet niſi ꝙ uerbum ſuum producit in ſimi
litudine nature ad patrem et conſubſtantia
le ei.ergo non plus contrahit uoluntas niſi
ꝙ amor uel donum ſuum procederet in ſi-
militudine nature ad patrem & conſubſtan
tiale ei:ſed ex hoc ꝙ procederet in ſimilitu
dine nature non differret eius ꝓceſſio a gnā
tione quia generatio eſt de ſimilibus ſimilia
procreans.nec per conſequēs terminus illius
ꝓceſſionis differret a termīo gnātionis ꝗ eſt
filius & ſic ābo eſſent filii ergo ſi aliqua diſti
ctio remaneret iter eos hoc erit igr̃ prima
pſona erit filius talis qui ꝓcedit ab itellectu
& eſt uerbum & ſecunda perſona eſt filius ta
lis qui procedit a uoluntate & ē donum uel
amor.

IN di.xiiii.agit magiſter de do
nis.s.s.ubi pṁo q̃ro utrū caritas
in quo omnia donātur ſecūdū
gloſam pṁa ad cor.xiii. ꝑ eun
dē modū ſit neceſſe caritatē ſu
ſcipe magis & minus quo alie q̄litates:ꝙ ſic
qa ſecūdū caritatē magis & mīus cari dicun̄:
ſicut ſcdm albedinē magis & mīus albi. dici
mur & ſic de aliis ſed ideo albedo ponit̃ in
ꝑdicamentis ſuſcipere magis & minus quia
ſecundū albedinē magis & minus albi dici-
mur ergo &c.¶CONTRA .caritas ē ha
bitus ſupnaturalis.alie ſunt qualitates. ergo
non ſimilis rō.¶HIC.vi.Primo oñdā qd
eſt ſuſcipe magis & minus.Secundo quibus
ſpeciebus qualitatis cōuenit.Tertio ꝙ om-
nis modus ſuſcipiēdi magis & min us redu-
cit̃ ad iſtos duos.s.ſuſcipere magis & minus
in eſſe uel eēntia.Quarto ꝙ quecūq ſuſcipi
unt magis & minus in eē ſuſcipiūt & in eēn
tia.Quinto ex oībus cōuincā qd eſt ꝑciſa rō
ſuſcipiēdi magis & minus.Sexto ad q̄ſtionē
¶AD primū articulū dico ꝙ aliud ē extē
di &itendi i qualitate qd patet.qa frequēter
extendit̃ q̄ nō intendit̃:ſicut qn̄ ſpergitur
nix uel lux ergo extēdi hic eſt ſuſcipe magis
& minus ſecundū dilatationē forme:& ſecū
dū eſſe:& ſecundū eſſentiā:ergo ꝓportiona
liter itendi & remitti hic ē ſuſcipere magis
& minus ſecundū quādā uigorationem ſeu
perfectionationem ad infra.¶SEQVI-
TVR de.ii.arti.ubi dico ꝙ oēs tres ſpecies
qualitatis ſuſcipiūt magis & minus:ſed quar
ta non ut probat̃ in ꝑdicamentis.c.de quali
tate.philoſophus enim ꝓbat de tertia ſpecie
qualitatis & de prima ꝙ ſuſcipiunt magis &
minus ſic ꝙ illa ſuſcipiunt magis & minus
ſecundū que alterum altero magis & minus
pōt dici:ſed ut dicit ibidē albū magis & mi
nus altero albo dr̃ & cādidū altero cādidius
& ſimiliter iuſtum altero iuſtius & ſanum al
tero ſanius dicitur & gramaticus altero gra-
maticior .ergo illa ſuſcipiūt magis & minus
ſed prima duo exempla pertinent ad tertiā
ſpeciem qualitatis.quia ſunt paſſibiles quali
tates alia exempla pertinent ad primam qa
ſunt habitus & diſpoſitiones .ergo habet ꝓ
poſitum de tertia & prima ſpecie.Eodē mo
do probari poteſt de ſecunda ſpecie .quia ea
ſuſcipiunt magis & minus ſecundum que al
terum altero magis dicitur:ſed ſecūdum po
tentiam naturalem uel inaturalem alterum
altero potentius uel impotentius dicitur:ut
patet de potentia currendi uel ſaltādi & hu
iuſmodi ergo &cetera.Quod quattuor ſpe-
cies non ſuſcipit magis & minus probat ibi
dem per argumentum ab oppoſitis.quia il-
la non ſuſcipiunt magis & minus ſecundum
que alterum altero magis non dicitur ſed ſe
cundum triangulum & circulum & alias fi-
guras alterū altero magis non dr̃ & illa nō ꝑ
tinēt ad quartā ſpēm qualitatis ergo &c.Mi
nor ꝓbat̃ .qa & ſi unus triāgulus poſſet dici
maior alio qa magis extēdit̃ in longū & in
latum cū non pt̃ dici magis uel minus trian
gulus qa triangulus nō hēt gradus itēſos &
rēiſſos in triangularitate ſed unūquodq triā
gulare aut attingit ad triāgularitatē cōplete:
uel ſimpliciter dicendū eſt ꝙ nō ē triāgulare
uel ſimpl'r deficit a triāgularitate uel cōplete
ē triāgulare.& eodem modo eſt dicendū de
omnibus ſpeciebus figurarum & ponit exē-
plum ibi de diffinitione que per omnē diffe

ſentiam additam uel diminutā ſimpliciter conſtituitur uel deſtruitur. Dices ꝙ totā cauſam aſſignes ex parte ſubiecti non autem ex parte ipſius forme infra autem pones ꝙ forma ex parte ſui ſuſcipit magis & minus. ergo male. ¶ DICO ꝙ ex parte forme pōt aſſignari cauſa: ſed hic innoteſcit nobis ex eſſe quod habet in ſubiecto. Primū patet. quedā enī forme ſunt que ex ſui formali rōne ſunt terminus & finis ſicut figura. Et que ſunt de quarta ſpecie ſunt terminus q̄ntitatis & forma ſubſtantialis que eſt terminus materie q̄ de ſe eſt in terminata: quedam ſunt forme q̄ non habēt rationem ultimi nec finis nec termini ut albedo: habitus & huiuſmodi. Ex hoc enim ꝙ aliquid eſt album uel ſciens nō eſt ipſum terminatū. cū ergo termino & fini repugnat additio: indeterminato autē & īfinito non repugnat. ſequit᷑ ꝙ quibuſdā formis repugnat ſuſcipere magis & minus quibuſdā non poteſt poni exemplū de circularitate & curuitate: circularitas enī omnino determinat lineā in circularitate ideo linea una non pōt eſſe magis circularis linea alia: curuitas aūt non: & ideo pōt eſſe una alia curuior. ¶ SECVNDVM patet. quia ex illa pte maxime aliquid cognoſcit᷑ ubi eius effectus clarius uidet᷑ ſed albedinē ſuſcipe magis & minus figurā non cognoſcimus ex ſubiecto: albedo enim & figura ambo reſpiciunt ſupficiē ut ſubiectū. quia tū ſupficies non eſt nata terminari p albedinē ſed per figurā: ſupficies enī eſt figura carens: ideo non eſt terminata q̄tūcunq̧ ſit alba: ſed econtra ſi fuerit figurata erit terminata ſine oī albedine ergo ex ſubiecto cognoſcimus &c. Quomō āt ex ſuſcipe magis & minus ſcdm eē in ſubiecto arguit ꝙ eēntia &c. ꝓbat᷑ ar. iiii. c.

¶ SEQVITVR de. iii. ar. ubi intelligēdū ꝙ quidā ponunt accidētia ſuſcipe magis & minus ex diſpoſitione ſubiecti. Quidam ponūt ex impermixtiōe cōtrarii ut albius dr̄ qd̄ eſt ī nigro īpermixtius. hoc habet᷑ ab ariſto. in cap. de qualitate. iii. tho. & ſimplicio ī ꝑdicamentis. ¶ QVIDAM ex pfectiori uel imperfectiori attingētia obiecti ut qdā dicūt de habitibus ꝙ ille ē pfectior a quo plus ſcit᷑ de obiecto ſcibili. ¶ QVIDAM ponūt q̄litates ſuſcipe magis & minus qa cāne᷑ ex pfectiori ſeu intēſiori uirtute ut motus alicuius mobilis dicit᷑ uelocior uel tardior qa ē a uirtute fortiori uel debiliori: & eodēmō illuminatio dī pfectior que ē a ſole q̄ que a ſtellis: ſed manifeſtū ē ī oībus iſtis oꝑ. ꝙ quocūq̧ mō hic nominato: accidētia ſuſcipiant magis & minus ꝙ neceſſario ſequit᷑: ꝙ ſuſcipiunt magis & minus uel in eē uel ī eēntia: albedo enim ſi in ſubiecto magis uel minus diſpoſitio uel a contrario ſuo magis uel minus permixta magis uel minus ſuſcipere dicatur. Clare patet ꝙ hoc aut erit in eſſe uel in eſſētia. & ſic de aliis modis poſitis eſt dicendum ergo.

¶ ITEM qua ratione ea que ſuſcipiūt magis & minus ſecundum diſpoſitionem ſubiecti ſuſcipiunt magis & minus ſecundum eſſe uel eſſentiam eadem ratione ea que ſuſcipiunt magis & minus ex impermixtione cōtrarii: aut ex perfectiori uel imperfectiori attingentia obiecti & ſic de aliis modis ſuſcipiunt magis & minus in eſſe uel ī eſſentia: ſed que ſuſcipiunt magis & minus ſecūdum diſpoſitionē ſubiecti ſuſcipiūt magis & minus ſcdm eē uel eſſētiā. ergo idē erit d aliis mōis & ita oēs alie opiniones reducentur ad illā que ponit ſuſcipere magis & minus in eſſe uel ī eſſentia. maior apparet quia ſicut ea habent perfectiorem gradū eſſendi in eſſe uel in eſſentia que ī magis diſpoſito ſubiecto recipiuntur uel minus perfectum gradum que in minus diſpoſito recipitur itaque minus admiſcentur ſuo contrario perfectiorem gradum eſſendi habent: & que magis admiſcent᷑ minus perfectum & ſic de habitibus quibus perfectius uel īperfectius attingit᷑ obiectum & ſic de operationibus que a uirtute perfectiore cauſantur mi. probatur multipliciter: quia cum aliquod ſubiectum eſt aliquādo magis diſpoſitum aliquando minus quero de illa diſpoſitione aut habeat diſtinctionē graduū infra naturam propriam & hētur ꝓpoſitū: qa cū illa diſpoſitio ſit āncedēs de prima ſpecie qualitatis hētur ꝙ āncedens infra eſſentiā ſuā habet diſtinctionē graduum: aut illa diſtinctio graduū ineſt illi diſpoſitioni per aliam priorē diſpoſitionem. Et tūc q̄ro de illa priori diſpoſitione aut hēt gradus ī eēntiā & eadē rōne ſtādū erat in pria uel p aliā & ſic ī infinitum quod eſt inconueniens.

¶ ITEM quero an illa diſpoſitio ſubiecti ſecūdū quā recipit magis & minus album ſit eadem cum albedine uel alia. ſi eadem idem eſt concedere gradus in diſpoſitiōe & eēntia uel eſſe: ſi alia tunc non poterit dici princi-

palis concluſio.ſ.ꝙ hoc eſt magis uel minus
albũ quia ſubiectum eſt magis uel minus di
ſpoſitum.probo ꝑ exẽplũ:qa aqua relicta fri
giditati naturali pfectius habet diſpoſitio-
nẽ forme ipſius aque q̃ aqua calefacta: & tñ
his duobus ſtantibus.ſ.ꝙ ſubiectũ ſit magis
argumentū.Si uero fiat additio toti habitui
non poterit ſignari additio infra terminos
illius gradus nec alterius nam ſi augeretur
abſolute habitus methaphiſicus uel caritas
uel fides abſolute non ſignando aliam par
tem earum cui fieret additio determinate:
tunc hoc eſſent. ARGVMENTA au
reoli.probant q non poteſt ſignari pars ſi
gnatione perſeitatis tertii modi ineſſe aut i
eſſentia.non autem quin ſignatione inten
ſionis & remiſſionis aut terminatiōis. & iō
opi.eſt diminuta. ¶PREMITTO qdā
neceſſaria ppter ſolutiōes rationum partis
cōtrarie que ponunt in.i.articulo & poſt ſol
uam ratiōes.Prēmitto autem tria. Primum
eſt qualiter ſe habent gradus albedinis for
tis ad ipſam albedinem. Secūdo quomodo
iſti gradus poſſint aliquomodo dici quali
tates & quomodo non. Tertio quomodo
iſti gradus poſſunt dici per ſe & primus ter
minus motus in motu a minus albo ad ma
gis album.De primo ſciēdum q iſti gradus
ſe habent reſpectu huius forme.i. reſpectu
huius albedinis uel huius caloris ſicut pars
materialis ad indiuiduum cuius eſt pars ma
terialis.ſicut enim hec caro.& hoc os demō
ſtratum ſe habent ad hoc indiuiduum ho
minis ſignatum q manēte eodem indiui
duo numero partes iſte materiales fluūt &
refluunt eodēmodo hic manēte eadem al
bedine i forte pōt uariatio accipi circa albe
dinem iſtam ſecūdum partes materiales al
bedinis manente eadem albedine numero
& ſicut hec carnes & hec oſſa non ſunt ex
tranea a natura fortis ſicut albedo: ſed ē ſu
per additum ſupficiei & ſuperficies: ſed ſūt
de natura intrinſeca for.licet non includan
tur in eius ratiōe eſſentiali ita iſti gradus al
bedinis non ſunt accidentia ſuper addita al
bedini uel forme eius cuius ſunt licet ſunt
extra rationem qditatiuā forme.& ideo cō
cedo q huiuſmodi forme recipiunt magis

& minus ſecundum eaꝝ eſſentias. qa ſecundum iſtos gradus ꝓ q̃to iſti gradus nõ dicũt rem alterius generis ſuper additam ſecũdũ rem rei eiuſdem generis & ſpeciei & indiui dui.licet in ratione q̃ditatiua talis forme tales gradus non includantur. ¶DICES accidentia non habent materiam.iiii.metha. tex.commenti.xiiii. ergo eoꝝ nõ ſunt ptes materiales Item partes materiales ſolũ ponũtur a philoſopho in ſubſtantiis compoſitis materialibus nõ in accidentalibus Ad p̃mum dicẽdũ ꝙ dicunt̃ ptes materiales nõ qa ſunt ptes alicuius materie intrinſece . talis forme:ſed qa huiuſmodi uariatio graduum non conſeq̃tur formam ſecundum eſſe eius q̃ditatiuũ expreſſum ꝑ diffinitionem ſed eſſe naturale in ſubiecto.uel ſaltem ſecũdum eius eẽ per ſe tertiomodo . quod dico ꝑpter accidentia ſeparata in ſacramento.& ideo dicunt̃ partes materiales qa non inueniuntur.in eſſentia & eſſe ipſius forme niſi in comparatione ad ſubiectum aliquod ſecundum eſſe materiale. ¶AD ſecundum dicendum.ꝙ falſum accipit̃ phs enim I.vii. metha.tex.cõmenti.xxxvii.diſtinguit in circulo inter partes ptinentes ad ſpeciem & partes materiales quas partes uocat partes indiuidui:& ſecundum eundem intellectum ẽ diſtinguere duplices partes in qualitatibus. ſecundo eſt ſciendum ꝙ aliq̃d poteſt dici q̃litas dupliciter unomodo ꝑ ſe & directe & ſic ſolum ſpecies & indiuidua ſunt qualitates. Aliomodo indirecte. & ꝑ reductionem & ſic poteſt dici qualitas q̃cq̃d ad genus q̃litatis ptinet ita ꝙ non ſit alterius generis & ita diſtinctio eſt neceſſaria in ſubſtantia & ĩ omni genere. ¶DICO tunc loquẽdo de qualitate primomodo illi gradus non ſunt qualitates.ſ.directe & per ſe ſecundomodo ſunt & ꝑ illud patet ad auctoritates auic.& alberti.adductas ad p̃mam partem. Tertio eſt ſciendum ꝙ licet terminus per ſe generationis ſit cõpoſitum ut uult phs.vii.metha. tex.cõmenti.xxvii. ubi dicit nec ſpera gñatur per ſe nec es:ſed enea ſpera : tamen ꝑ ſe terminus motus eſt forma que primo eſt in termino motus & ideo quãdo ex minus albo fit magis album licet albũ ſit terminus factiõis: tamẽ terminus huius alteratiõis nõ eſt album nec compoſitũ ex ſubiecto & accidente .Nec etiam albedo.qa nihil mouetur ad formã quam habet: ſed per ſe termi nus huius alterationis ẽ gradus aliquis albedinis q in termino eſt inductus ille autẽ nõ eſt albedo nec eſt indiuiduum ſed eius pars materialis eiuſdem ſpeciei per reductionẽ . & ideo iſte motus dicit̃ eſſe ad qualitatem. nõ qa ſit terminatus ad nouũ indiuiduũ q̃litatis:ſed qa p̃mo terminat̃ ad nouũ gradũ q gradus eſt in genere q̃litatis per reductionẽ ſicut dictum eſt Reſpondeo ergo.ad argumenta. Ad auctoritates auic.cum dicit ꝙ in alteratione mobile in quolibet inſtanti ẽ ſub alia qualitate. Dico ꝙ accipit ibi qualitatem nõ ꝑ indiuiduo ꝑ ſe & directe contẽto ſub qualitate:ſed ꝑ gradu q ꝑ tanto poteſt dici qualitas.qa eſt in genere qualitatis. ſcilicet per reductionem ut dictum eſt in poſitione. Ad ſecundam auctoritatem de cera per idem non enim intelligit ꝙ cera ꝑ hoc ꝙ uoluit̃ habet aliam & aliam dimenſionem intelligendo ꝑ dimenſionem indiuiduum completũ de genere quãtitatis directe ſicut indiuiduum uel ſpecies:ſed ꝑ reductionem & indirecte ſolum exemplum tranſmutatione facta circa ſortem ſecũdum has carnes & hec oſſa que ſunt partes materiales ſortis fluentes & refluentes certum eſt ꝙ ſortes tranſmutat̃ ſecundum ſubſtantiam . qa iſte partes non ſunt accidentia de genere accidentis & per conſequens alia ſubſtantia eſt in ſorte nunc q̃ prius non tamen alia ſubſtantia ſecundum ꝙ ſubſtantia dicit̃ de ꝑ ſe ſuppoſito uel ſpecie quo directe ſunt ĩ genere ſubſtantie:ſed ſecundum ꝙ ſubſtantia accipit̃ ꝑ parte materiali que ꝑ tanto ẽ ſubſtantia.qa eſt in genere ſubſtantie.ſ.ꝑ reductionẽ ſolũ . Et talis diuerſitas ſubſtantie ſtat cum unitate numerali accipiendo ſubſtantiam ꝑ ꝑ ſe ſuppoſito. ſic ex alia parte. ¶PER idem ad albertum cum dicit alia eſt albedo.ueꝝ eſt gradualiter : non tamen ſecundũ ſpeciem uel indiuiduum . ¶AD rationes patet per idem unde cum dicit̃ primo termini motus contrariat̃. Cõcedo.qa ĩ motu a minus albo ad magis albũ ꝑ ſe termini huius motus ſunt contrarii ſaltem ſecũdũ p̃uationem ut dictum eſt in iſto articulo:ſed termini huius motus ſunt ip̃i gradus albedinis q cõtrariantur modo quo dictum eſt:non ut ipſa albedo nominat indiuiduũ ꝑ ſe in genere qualitatis & cum dicit̃ motus eſt per ſe ad qualitatem Dico ꝙ ſi itelligas per hoc ꝙ terminus huius motus per ſe ſit

qualitas ſicut indiuiduum per ſe & directe
contentū ſub genere q̄litatis.falſum eſt.con
cedo tamen ꝙ ille motus eſt per ſe ſecundū
q̄litatem & in qualitate : ſed non per ſe ad
qualitatem : ſed ad quēdā gradum q̄litatis
q non eſt per ſe idiuiduum qualitatis:ſed ſo
lum per reductionem ut eſt dictū .Sed ē no
tandum ꝙ qñ mutaꝛ a nigro uel a pallido
ad albedinem tunc per ſe eſt iſte motus ad
albedinem.qa per ſe terminaꝛ ad idiuiduū
albedinis nouū:ſed qñ fit motus ab albo ſe
cūdū unū gradū ad idem ſub alio per ſe nō
mutaꝛ ſubiectū ad albedinem . nihil enim
moueꝛ ad illud ꝙ iam habet ſed moueꝛ ꝑ
ſe ad nouum gradum albedinis . Per idem
ad alid cū queriꝛ an gradus ille ſit q̄litas di
ctum eſt quomodo ē qualitas & quomodo
nō.Ad illud de denſo dico . ꝙ ſicut albedo
habet quandam latitudinem infra ſuā ma-
teriam ita ꝙ poteſt ſaluari eadē albedo &
ſpecie & numero ſub diuerſis gradibus . ſic
& denſitas aeris uel alterius manens unum
indiuiduū numero poteſt habere diuerſos
gradus & eſſe magis denſum & minus den
ſum:cū accipiꝛ ulterius manente eadem dē
ſitate numero i ſubiecto manet ſubiectum
equaliter denſum nego hanc ꝓpoſitionem
ſicut negarē hanc manente eadem albedi
ne in ſubiecto māet ſubiectum equaliter al
bum.certū eſt enim ꝙ non oportet niſi ma
neret equaliter denſum quo ad rationē dē
ſitatis ſecūdū gradum ſicut ſecundū rationē
indiuidui & ſpeciei:qa ut dictum ē eadem
albedo numero eſt prius intenſior poſt re-
miſſionem:non tamen ꝓpter hoc ſequꝛ ꝙ
ſubiectū(cū eſt ſub albedine intēſa & remiſ
ſa)ſit equaliter album. Ad aliud dico ꝙ dif
ferunt numero non tñ ꝓprie qa diuerſitas
numeralis ꝓprie eſt diuerſitas ſingularium
ſeu indiuiduoꝝ ſub ſpecie : & uerꝫ eſt ut ar
guiꝛ ꝙ plura accidentia ſolo numero diffe
rentia illomodo ſimul eſſe non poſſunt in
eodem ſuſceptiuo : ſed duo gradus ſunt ſi-
mul in eodem idiuiduo quodāmodo cum
numero differunt. qa unus gradus pꝫ ſigna
ri & diſtingui cōtra aliū puta pedalis cōtra
bipedalē oīs aūt ſignatō ē q̄dā numeratio.

IN.d.xvii. agit magiſter de da
tione.ſ.ſ.ubi quero an ad habē
dum actū meritoriū reqraꝛ ne-
ceſſario aliqd creatū in anima
aliud a caritate ſuppoſito ꝙ ca
ritas nō neceſſario reqratur.ꝙ non . qa qua
ratione ad donum creatū reqreret eadem
ratione & caritas cum caritas ſit de donis
excellentibus . Contra licet caritas nō neceſ
ſario reqraꝛ tamen neceſſario motio.ſ.ſ.igi
tur aliud pōt reqri q̄ caritas. ¶ Circa iſtam
queſtionem eſt intelligēdū ꝙ omnes opor
tet cōcedere ꝙ caritas reqriꝛ de facto ꝓpter
auctoritates ſcripture ad cori.xiii. &c. Item
ꝓpter.vii.decre.de ſum.tri.& fi.ca. ubi pōit
ꝙ uirtutes infunduntꝛ i baptiſmo ſed ad qd
reqriꝛ eſt difficultas . ¶ DICIT aureolus
ꝙ prout reqriꝛ ad actū primum q eſt gratifi
care animam & deo acceptam reddere ſic ē
quedam forma que eſt obiectū diuine com
placentie ita ꝙ habenti eam dat formaliter
eſſe acceptum deo . Et ꝙ caritas ſic dat eſſe
gratuitum obiectiue.ꝓbat. qa eſſe cōplacēs
& acceptabile eſt eſſe obiectum ſicut eſſe ui
ſibile & intelligibile:ſed ſecundum oēs ca-
ritas dat huiuſmodi eſſe ergo.&c.In ſecūda
rubrica ꝓbat hoc fore neceſſarium.qa actus
eternus immutabilis dei non tranſibit no-
uiter ſuper aliquod obiectum niſi illd obie
ctum pticipet de nouo formalem rationē
illius obiecti eterni ſicut nec uiſus eternus ſi
poneretꝛ reſpectu coloris eterni nō uideret
illud lignum nouiter cauſatum niſi eſſet co
loratum.ſed deus licet ab eterno dilexit io
hannem nunc tamen nouiꝛ diligit iohānē
quando ſanctificauit eum in utero.igiꝛ nūc
nouiꝛ pticipauit formalem rationem obie
cti eterni qua nouiter obiectiue fieret carus
& dilectus: ſed illa forma cauſata pticipata
q̄ ſit carus & rationabiliter dicenda caritas.
ergo &c:Item ſic ſe habet eē carum deo ad
uoluntatem creatam reſpectu dei ſicut eſſe
deo oditum ſed nihil eſt deo odioſum niſi
in illo deus reperiat aliqd quod formaliter
eſt deo obiectū odibile & deteſtabile.ſ.pec
catum.ergo maior probatur.qa obiecta pro
pria habent fieri circa illud.Item deus ē rea
damatiuus dilectoꝝ ſed ratio dilectionis re
qrit readamationem & ita ꝙ ambo extre-
ma ſunt diligibilia ergo in dei dilectione q̄
nos diligit oportet ꝙ tam in nobis q̄ i deo
ſit aliqd quo tam nos q̄ deus ſumus obiecti
ue diligibiles illud in nobis uocaꝛ caritas er
go.&c.Primo uideꝛ ꝙ non reqriꝛ ꝓpter eē
obiectum reſpectu acceptationis diuine. qa
uoluntas omnia alia a ſe acceptans & uolēs
uolitione ſui:non neceſſario reqrit in aliis a

ſe obiectiuam rationem per quam acceptẽtur aut fiant uolita ab ipſo.qa tunc ſufficiẽs eſſet tale primum obiectum ſed ſic ẽ de oĩbus que nata ſunt acceptari a deo ergo. probatio minoris p rationes phi.& cõmentatoris.xii.metha.tex.cõmenti.v. qa ſi intelligeret aliquid per intellectionem ſui pficeref eius intellectus ab alio. Et uileſceret eius intellectus &c. quere di.xxxv.arti.i.& certum eſt ꝙ idem ſequitur de uolũtate ſi acceptet aliqd ſui acceptatione.igif.&c.Secũdo oſtẽdo ꝙ reqritur ppter eſſe acceptabile & eſſe gratũ ſubiectiue ſic. illud qd ad hoc ponif in aliquo ut faciat illud eſſe acceptabile nõ pbendo ſibi formam & habitũ p quam eſt acceptabile obiectiue ſi ponaf hoc erit ad pbendũ formam opanti p quam ſicut p diſpoſitionem operaf & ſic illd ponif ppter eſſe ſubiectiuũ. ſicut lux in medio ſecũdum philoſophum & cõmentatorẽ.ii.de aĩma cõmento.lxvii.qre.q.ii. in plogo arti.ſecundo & in fine ꝙ non facit colorẽ obiectiue uiſibilem:ſed de ſe eſt uiſibilis:nõ enim prebet ſibi formam & habitum p quem eſt uiſibilis.ideo lux que eſt in medio non reqritur ppter eſſe obiectiuum lux tamen que ẽ cõnaturalis oculo que etiam eſt forma & diſpoſitio quare oculi ſunt lucidi & p quam oculus uidet:illa lux ponif propter eſſe ſubiectiuũ.ſ.ut oculus ſubiectiue bene diſpõatur.ibidem omnino in fine ſed caritas facit nos &c.non ponẽdo habitum & formam per quam obiectiue.ergo.&c.pbatio aſſumpti:quia deus ita poteſt obiectiue acceptare fienda ſicut facta quod non eſſet ſi caritas pberet acceptato formam & habitum p quẽ obiectiue eſſet acceptatus.qa tunc ad acceptationem obiectiuam reqrif exiſtentia ipſius caritatis Item decretalis in.vii.de here. ad noſtrum.ponit lumẽ gratie ut eleuet potentiam & eadem ratione ẽ de caritate;ſed ꝙ ponaf diſpoſitio potentie ponitur ppter ſubiectũ igif &ce.Tertio pbo ꝙ nõ mouẽt argumenta non primum.qa cũ dicif ꝙ eſſe acceptabile eſt eſſe obiectiuũ. dici poteſt ꝙ illud quod facit aliqd acceptabile diſpoſitiue & ex parte operantis ſolum illud dat eẽ ſubiectiuum ponitur enim propter perficeř ſubiectum ſicut patet de luce cũ naturali q̃ facit oculum aptum ad uidendum ſed in ppoſito ſic eſt maxime loquẽdo reſpectu dei non enim oportet ponere aliquid creatum obiectum operationum diuinaꝝ: ſed uolẽdo ſe acceptat omnia que uult & qñ uult.et ſicut uult.&c.De modo quando ſe uult ſolum in ratione obiecti & nihil aliud i ratione obiecti.ſed ſolum cõſecutiue aduolitionem ſui ipſius i ratõe obiecti quere.d.xxxix. arti.i.Nec mouet ſecundum.quia cũ dicitur ꝙ actus eternus non tranſit niſi aliqd nouiter participet &c.Dici poteſt ꝙ hoc ſi ſit uerum haberet locum.Si actus eternus cui ſubeſt aliqd nouum ut ſic acciperet aliquomõ aliquam entitatem ab alio obiecto extra ſe quod eſt falſum. Etiam falſum ſupponif.ſ. ꝙ actus diuinis tranſiret ſuper creaturas cognitas uel uolitas i ratione obiecti ſicut imaginabatur ihem.hoc falſum imo ſiſtẽdo circa ſe tantum in ratione obiecti ex hoc cognoſcit alia conſecutiue ſine omni tranſitu & receſſu a primo obiecto & hoc eſt quod dicit cõmentator contra them. ꝙ ſcit ſe tantum.queř ubi ſupra diffuſe. Nec mouet tertium quia cum dicif ꝙ ſic ſe habet eſſe caꝫe &c.ſint ita: & ad minorem quando dicitur deus hunc nõ odit niſi qa aliqd eſt i eo qd obiectiue eſt odibile.dici poteſt quod nõ iõ deus eum odit qa obiectum odii eſt in eo: ut ſit ſenſus ꝙ obiectũ iſtius odii dei ſit peccatum ipm quod eſt in peccatore:imo ideo deus ut ſic ꝙ obiectum eſt odit. qa cognoſcendo ſeipſum uidet obiectiue illum odiẽdum & peccatum eius Per idem ad quartũ: & omnia q̃ argui poſſunt poteſt dici ꝙ qñ diligit creaturam.ibi nata eſt eẽ redamatio & ambo extrema ſunt diligibilia: ſed nõ ſequif propter hoc. qa cum deus diligit ꝙ rõ obiectiua dilectionis dei qua diligit creaturam ſit ex pte creature. ymo diligẽdo ſe diligit ipam:ſicut igitur habito ꝙ caritas que de facto ponif:ponif ppter eſſe ſubiectiuũ ut ſcilicet diſponamur ad meritorie operandum facienda ſunt.vi.hic.pmo ponã unde magiſter ſententiaꝝ accepit ſue opi.occaſionem.ſ.ꝙ caritas eẽt ipſemet.ſ.ſ.& non aliqd creatum in anima. Secundo oſtendã ꝙ non fuit ſufficienter motus ad hoc ponendum. tertio ponam uiam que ipſum uult defendere ꝙ rationaliter fuit motus.quarto oſtẽdam ꝙ ſtante natura uoluntatis que modo eſt ꝙ ſi.ſ.ſ.moueret uoluntatem ad actum meritorium de ꝙ potentia abſoluta poſſet cauſari actus meritorius i ipſa ſine omni habitu creato ſibi infuſo q habitus ſe haberet

per modum actus primi . quinto oſtendam
ꝙ ſtante natura uoluntatis quam modo ha
bet:ꝙ non poſſet talis actus meritorius cau
ſari niſi mediate & ꝑuia quadam paſſione
recepta in anima que paſſio ſit actus ſecun
dus.ſ.de genere paſſionis . ſexto oſtendam
quomodo iſta ultima uia differt ab illa que
ponit caritatem reqri & quomodo omnia
argumẽta alioꝝ q̃ pbant eã neceſſario req
ri ſoluunt́ per iſta. ¶ SEQVITVR de
primo arti. ubi eſt intelligendũ ꝙ magiſter
in primo ſent.di.vii.tenet ꝙ caritas eſt ipſa
met.ſ.ſ. & non aliqd creatum in anima &
fundat ſe ſuper auctoritates aug.& ſuper au
gu.qui põit.viii. de tri.ca.vi. Ibi enim aug.
querit quare ſcriptura freq̃nter nomĩat mã
datum de dilectione pximi non faciendo
mentionem d̃ dilectione dei:& reſpondet
ꝙ hoc eſt.quia in dilectione pximi intelli
git́ dilectio dei. Quia aug.pbat ſic.qa q di
ligit proximum diligit dilectionem ipſam:
ſed deus eſt dilectio . Hoc infra dicit ca.vii.
& magiſter allegat.xvii.d.c.ii.igit́. q diligit
pximũ diligit deum . Ex iſto pceſſu pbat́
ppoſitum ſic cũ enim dicit aug. in minori
deus eſt dilectio ibi accipit́ dilectio que eſt
deus : ut pbat aug.xv.de tri.ca.xvii.ibi enĩ
pbat hoc:ſed oportet uniformiter accipi in
maiori.ergo.&ce. ¶ ITEM. vii.ca.arguit
ſic aug. nemo dicat neſcio quid diligã pro
bat ꝙ nullus hoc debet dicere.diligat enim
fratrem & diligat eãdem dilectionem. Sed
quilibet plus nouit dilectionem quam dili
git.q̃ fratrem quẽ diligit.ergo iſtomodo po
teſt quilibet notiorẽ habere deum q̃ fratrẽ
tunc ſic.ex hoc ꝙ magis nouit dilectionem
q̃ diligit q̃ fratrem infert ꝙ magis nouit de
um : ſed hoc non ſequit́ niſi ipſa dilectio
ſit deus.ergo caritas eſt deus. ¶ ITEM ꝙ
ſuperna dilectio ſit deus ipẽ probat Aug.ſic
per iohannem ꝑmo.Ad hoc adducit illud.
Deus caritas eſt & qui manet in caritate in
deo manet. Item illd̃ qui diligit ex deo na
tus eſt & cognouit deum.q non diligit nõ
cognouit.qa deus dilectio eſt ex hoc cõclu
dit aug.iſta cõnexio ſatis declarat ipam fra
ternam dilectionem ex deo eẽ.& deum eẽ
cauſam unionis eiuſdẽ ꝑdicte . de hoc uſq;
in finem circa . ¶ Sequitur de ſecundo ar.
ubi dico ꝙ ad iſtã poteſt reſponderi ꝙ deus
eſt dilectio noſtra non idemptice ſed termi
natiue.i.dilectio caritatiua noſtra habet de

um p ultimo termino & fine .quod hec ſit
intentio ſua patet.qa.x.ca.poſtq̃ oĩa prealle
gata dixit cõcludit quomodo proximũ de
bemus diligere ppter deum: ꝙ non faceret
niſi itelligeret ſic ꝙ dilectio qua diligimus
deum eẽt deus terminatiue. ideſt habet de
um p fine & termino . ¶ ITEM plus nõ
uult aug.hic niſi ꝙ q diligit proximum di
ligit deum ſic.ꝙ in mandato de dilectione
proximi ſaluatur dilectio dei. ¶ ET ſi nõ
exprimitur : ſed cum in dilectione proximi
oporteat habere deum pro fine & ſic. bene
ſaluatur ꝙ in dilectione proximi intelligit́
dilectio dei.ergo ſic intendit. Et ſecundum
hoc reſpondeo ad primum argumẽtum ꝙ
uniuerſaliter accipit́ dilectio utrobiq;. utro
biq; enim accipit́ dilectio creata ſed ut ter
minat́ in deum tanq̃ in finẽ propter quẽm
pximus diligit́.unde intelligendo argumẽ
tũ Aug.de dilectione noſtra caritatiua crea
ta de qua Augu.loqtur ibi formaliter ad p
poſitum ſaluandum ſic q diligit pximũ ex
creata caritate diligit & dilectionem cauſa
liter.i.diligit cauſam finalem ppter quã di
ligit́ pximus & tunc ſubdit́ minor ſi deus
q eſt dilectio per eſſentiam eſt cauſa finalis
ppter quam &c.ergo q diligit proximũ di
ligit deum q eſt finis illius dilectionis. Pro
pter hoc igit́ patet ꝙ non oportet accipere
diligere formaliter in maiori & ſic ſaluat́ ar
gumentum. Augu.per reductionem i duos
ſilogiſmos ut facit Sco.di.vii.q.ii.arti.iii.ſic
arguendo. Diligens fratrem diligit dilectio
nem qua formaliter diligit ſed hec eſt dile
ctio participata ergo diligit participatã.Se
cundus eſt iſte. Diligẽs participatam diligit
dilectionem per eſſentiam huiuſmodi ẽ de
us.ergo.&ce. ¶ CONTRA.ſuperfluũ eſt
quod põt fieri per pauciora ſi &c. ſed argu
mentum Aug.ſaluat́ intelligendo de dile
ctione cauſaliter & unico ſilogiſmo ut pba
tum eſt.ergo non oportet intelligi de dile
ctione formaliter & p duos ſilogiſmos. Itẽ
hoc pbat́ ꝑmittẽdo duo.Primũ eſt ꝙ Au
gu.uult ꝙ q diligit pximum diligit deum
tanq̃ per ſe rationem diligendi pximum .
uult enim ꝙ diligit pximum pp deũ ut pa
tet.viii.ca.in ꝑncipio. Secundo premitto ꝙ
quando iſti concludunt ad ppoſitum in ſe
cundo ſilo ſic diligens dilectionem partici
patam diligit eam per eſſentiam . hic nõ ac
cipit́ dilectio dei per eſſentiam ita ꝙ ſit tõ

diligendi pximũ ſed uerificatᶦ ppoſitio per quandã generalem cõtinentiam aut illatio nem quia quando dicitᶦ ꝙ cognoſcit uerita tem participatam cognoſcit eam per eſſen tiam hoc non intelligitur ſic ꝙ cognitio ue ritatis per eẽntiam ſit ſpetialis ratio cogno ſcendi eam per participationem ſed ꝙ in p ticipata includitᶦ ea que per eſſentiam ſecũ dum aliquos generales conceptus ſuos aut ꝙ poſſit inferri ex ea. Tunc arguo. ſi argu mentum Augu.intelligitᶦ de dilectione cãli ter tunc ſaluatᶦ intellectus Aug. quia ſenſus erit.q diligit pximũ diligit illum qui eſt rõ ſpecialis totius dilectionis. huiuſmodi ẽ de us ergo &c.& ſic ſaluatᶦ Augu.& hoc unico ſilo.ſed ſi intelligatᶦ de dilectiõe formaliter & arguatᶦ per illos duos ſilos nõ ſaluatur ar gumentatio Augu.arguendo de ſpeciali rõ ne diligendi de qua agitur ĩ propoſito: ſed de generali quadam continentia dei in om ni re.Infert ꝙ quis magis nouit deum q̃ fra trem quẽ diligit dilectione &c.cõcedatᶦ: & quando dicitur.hoc non ſeqtur niſi deus ſit dilectio.dico ꝙ non ſeqtur niſi deus eẽt ter minus & finis illius dilectionis. ſed tunc be ne ſeqtur:qa in omni opatiõe noticia finis pſupponitᶦ & ita eſt maxime notum.Con tra.ſi deus eſt dilectio cauſaliter ergo eque ẽ concedendum deus eſt caritas mea.ſicut ꝙ deus eſt ſpes mea aut patientia mea: nõ enĩ dicitur patientia mea niſi qa eſt cauſa eius. hoc eſt falſum & contra Augu.xv.de tri.ca. xvi. & magiſter allegat ca.iiii. Reſpondeo ꝙ aliqui uolebant ꝙ caritas eſſet ſolum do num quoddam creatum ſicut patientia. uel ſpes ita ꝙ nullo modo eſſet concedendum ꝙ deus eſt caritas ita ꝙ caritas eſſet quoddã attributum in deo formaliter & idemptice Et contra illud arguit Augu.imitando tale argumẽtum. Que ſolum habent rationem doni(ſic ꝙ nõ eſt concedendum ꝙ deus eſt ita idemptice & formaliter)non dicuntᶦ de deo idemptice & formaliter: ſed ſolum ĩ re latione ad creaturam.qa deus non dicitᶦ eẽ ſpes aut patientia:ſed ſolum patientia mea aut ſpes mea.Contradicit autẽ apſus ꝙ de us caritas eſt ſicut ꝙ deus ſapientia.i.forma liter & idemptice.ergo &c. Vide totum in Augu.. ¶ PER hoc patet ad argumentũ ꝙ Augu.nõ negat deum eſſe caritatem cau ſaliter ideſt cauſã caritatis create: ſed & ne gat pciſionem uult enim ꝙ ſit caritas idem

ptice & eſſentialiter & nõ ſolum cauſaliter. Per idem ad.iii.&.iiii.argumẽtum magiſtri ſequens. Cõtra iſtã op.magiſtri arguit Tho mas cuius medium eſt iſtud. Omne eſſe eſt a forma inherente ſicut eſſe album ab albe dine ſicut igitᶦ non poteſt intelligi ꝙ paries ſit albus ſine albedine inherente ita nõ põt intelligi ꝙ anima ſit bona in eſſe gratuito ſine gratia uel caritate informante ipſã. Itẽ cum diligere meritorie ſit operatio perfecta ergo non exit a potentia niſi ut pfectaᶦ: ſed ſi caritas tantum aſſiſteret potentie non pfi ceret eam.qa perficere ẽ informare ergo ne ceſſario caritas perficit informando uolũta tem ad hoc ꝙ ſit potentia perfecta reſpectu actus meritorii. In ſecunda ſecunde arguit ſic.Non põt dici ꝙ uoluntas reſpectu actus caritatis ſit tãtum mota ita ꝙ nihil habeat in ſe unde ſit principium talis actus. tũc enĩ ille actus diligendi non eſſet uolũtarius: & per conſequens nec meritorius non uolũta rius:qa ſecundum philoſophum uoluntari um eſt cuius principium eſt intra ſe.nec põt dici ꝙ ipſa uoluntas ſic ſit principium reſpe ctu illius actus ꝙ.ſ.moueat uoluntatem ſi cut agens principale mouet inſtrumentale. qa uoluntas ſicut aliud inſtrumentum & ſi ſit principium actus non tñ inqtũ inſtrumẽ tum eſt in ipſo agere.& nõ ageᶦ ergo p iſtũ modum iſte actus uoluntatis non eſſet ĩ po teſtate ſua & ita nec uolũtarius nec meri torius.ergo oportet ꝙ uoluntas ſic moueatᶦ ad actum meritorium ꝙ habeat in ſeipſa ali quid per quod ipſa ſit efficiens reſpectu il lius actus. Item nullus actus naturalis effe ctiue pducitᶦ ab aliqua potẽtia niſi ſit ei cõ naturalis & hoc per aliquã formam natura lem que ſit principium illius actus.ergo nul lus actus ſupernaturalis efficitᶦ ab alia potẽ tia niſi alia potentia ſupernaturalis addatur potentie:ita ꝙ ſit forma in illa & principiũ illius operationis ergo &c. ¶ Sequitur de. ſu.ar.ubi alii ut. Egidius oſtendunt ꝙ magi ſter poſuit hoc de caritate licet non de fide & ſpe qa actus fidei & ſpei cũ ſint enigmati ci & imperfectionem includentes eliciũtur ĩ uia mediãtibus huiuſmodi habitibus ſed actus q ſeqtur iſtos in prima.ſ. uidere quod ſeqtur credere & tenere quod ſequitur ſpe rare ſunt actus perfecti in quibus actibus de us immediate habetᶦ per ſeipſum & ſine ha bitu medio creato eliciuntur ſicut concedũt

aduerſarii ſi ergo actus fidei in uia.ſ.credere & eodem modo de ſpe eēnt actus perfecti & ſimiles uiſioni in patria. ſi unum cauſat deus immediate.ita & alium.cum igitur ac tus caritatis in uia ſimilis ſit caritati i patria quia caritas nunq̄ excidit .ergo in uia & in patria &cete. ❡ A D omnia argumenta reſpondent quod omnia eſſent uera niſi ali quid puta.ſ.ſ.ſuppleret talem iformatōnem & perfectionem per ſuam aſſiſtentiam ſicut in uiſione beata aſſiſtentia eſſentie ſupplet informationem quam ſpecies creata faceret in intellectu & perficeret ſimiliter .Contra. ſi ideo non requiritur caritas creata quia di ligere eſt actus perfectus qui nunquam exci dit.& de facto eſt actus perfectus.ergo de fa cto caritas eſt nihil niſi ſpiritus ſāctus quod omnes negant.Contra iſtam opinio.arguiť ſic.Spiritus ſanctus per donum caritatis eſt ſpecialiori modo i creatura quam fuit prius ſed deus non eſt ſpecialiori modo quā fuit prius niſi per aliquod nouum abſolutū effe ctum in illo in quo incipit nouiter eē. ergo deus uel.ſ.ſ.per donum caritatis eſt in ho mine per nouum effectum abſolutum ille effectus ſi ſit caritas habetur propoſitum . ſi ſit actus cauſatus in uoluntate per ſpiritum ſanctum & in dormiente non cauſatur taliſ actus exercitus tunc non eſſet.ſ.ſ.ſpecialiori modo in uno iuſto dormiente q̄ in peccato re ſi ſit gratia uel aliquod aliud donum rea liter differens a caritate non impedit . quia eadem ratione uidetur caritas ponenda ſi cut illa alia:ymo magis cum ſit donum per fectiſſimum ut habetur in gloſa.xiii .ad Co rinthios.probatio mino .quia cum deus no uiter incipit eſſe in creatura per donum cari tatis uel per aliud.ille in quo eſt fit nouiter carus ex non caro.ſed hoc eſt impoſſibile ſi ne commutatione quia non recediť a con trario in contrarium ſinē mutatiōe ſed om nis mutatio terminatur ad aliquid abſolu tum.ergo fit aliquid nouum abſolutum in uoluntate quo nouiter fit carus. ❡ CON TRA hoc etiam ſunt auctoritates Augu. quas ponit magiſter capi xv. Vnde dicit au gu.quod alia ē caritas qua deum diligimus & qua deus nos ſi alia non niſi creata : qua enim nos diligit eſt increata ergo . Confir matur ſubdit enim quod illa que facit nos dei dilectores hoc facit ſicut iuſtitia dei dici tur qua nos iuſti dei muneř efficimur & de

um ſalus qua nos ſaluat & fideſ chriſti qua fideles facit.ſed ſecūdum omnes iuſticia & fides & huiuſmodi ſunt alia res a ſpiritu.ſ. ergo & caritas. ❡ IDEO uult Sco. aliter ſaluare magiſtrum di.xvii.ar.iii. qui dicit ꝙ itellectus magiſtri fuit ꝙ caritas fuit aliquid creatum in anima tanquam donum ſuper naturale in quo .ſ.ſ.inhabitat nos. ſed non erat principium agendi ipſa opera merito ria ſicut ſpes & fides(mediantibus quibus.ſ. ſ.inhabitat)ſunt principium credēdi & ſpe randi.Ratio eſt.actus caritatis eſt actus per fectus in tantum quod poteſt remanere in prima actus fidei & ſpei non. Tunc argui tur.Si ſpiritu ſancto per donum caritatis po natur inhabitare nos.q.per donum excel lens & perfectum nos ornans & decorans propter hoc actus perfectus non repugnat immediate attribui ſpiritu ſancto actus au tem imperfectus .ſ. ſan .repugnat omnino etiam ſi nos inhabitet per dona imperfec ta.Poterit ergo ſ.ſ.inhabitare nos median te caritate que ſit habitus creatus ſicut me diante fide & ſpe ſic tamen quod ſit diffe rentia quod actus meritorius qui attribui tur caritati non eliciatur mediante caritate ſed immediate a ſpiritu ſancto actus autem fidei & ſpei eliciantur mediāte fide & ſpe Ad hoc poſſent adducei ꝙ magiſter utitur his quod.ſ.ſ.eſt amor aut caritas qua diligi mus deum & proximum.hoc patet ca.ii.& iii. ſed per hoc ꝙ actus diligendi attribuiť ſ.ſ.non excluditur quin.ſ.ſ.ihabitet nos me diante aliquo habitu creato ergo. ❡ Con tra hoc quod dicitur ꝙ magiſter poſuit. ſ.ſ. inhabitare nos mediante caritate eſt expreſ ſe magiſter ca.ii.ibi enim introducit quare conceditur quod.ſ.ſ.eſt caritas & non fides & tenet quod recte .Tūc arguo.caritas que ponitur habitus creatus eſt ille qui cōnume ratur cōtra fidem & ſpem ſed de illa hic lo quēs magiſter uult hic ꝙ ſit ipē.ſ.ſ.ergo nul lo modo concedit caritatem habitum crea tum.Item ille intellectus quem dat Sco. eſt omnino irrationalis.probo quia forma que eſt p̄ncipium eſſendi eſt & agendi uel reci piendi:ſi ergo.ſ.ſ.in habitat caritate mediā te ergo.pbo ma. qa eſt inconueniens priua re formam operatione ſua nec hoc facit de us maxime ubi operatio eſt perfectionis ſi cut in propoſito.quia tunc deus hēret igno biliorem conditionem quam natura .Item

unumquodque agit inquantum eſt perfe-
ctum.ergo magis agit quod magis eſt per-
fectum . ſed caritas eſt perfectior fide &
quando inhabitat per fidem fides eſt prin-
cipium agendi per ſe . Et ex hoc apparet q
nihil mouet ratō eorum qa ſicut ad actum i
perfectum cooperatur habitus imperfectus
ſic ad perfectiorem pfectior:& ad perfectiſſi
mum perfectiſſimus cooperari pōt.ergo p-
pter perfectionem actus caritatis uie non
oportet negare caritatem creatam poſſe co
operari cum ſit habitus perfectiſſimus i uia.
¶ PROPTER quod Aure.non uolens
ponere habitum fruſtra ponit quod caritas
eſt quidam influxus.ſ.ſ.& ſic ſaluat magi-
ſtrum & dicit quod formarum.Quedā ſunt
que habent eſſe quietum & permanens ſi-
cut calor & huiuſmodi.& hoc in ratōe prin
cipii actiui.Quedam quibus non attribuit
actio niſi ſicut cuidam influxui ſed potius
attribuitur alteri agēti per illas. ſicut radius
ſolis uel lux in aere non dicit calefacere pri
cipaliter.ſed magis attribuitur calefactio ſo
li radianti.caritas uero non eſt forma pma-
nens & quieta cui attribuitur elicere dilectō
nem bene circūſtantionatam.quia mens hu
iuſmodi circonſtantias non cognoſcit.ſ.ſ.au
tem illas circonſtantias cognoſcit.Relinqui
tur ergo quod.ſ.ſ.attribuit actio illa & hoc
ſecundum quod per ſuum influxum dicit
mentem inflammare & ad actum conduce
re ſicut ſol per radium habet aerem inflam
mare.& addit quod hec fuit opinio magi-
ſtri qui bene negauit caritatem eſſe formā
permanentem in eſſe quieto que moueret
ad actum meritorium.ſed non negauit qu
caritas eſſet quidam influxus.ſ.ſ.ita quod.ſ.
ſ.unitur homini in ratione motoris mediā
te ſuo influxu ſicut ſol calefacit mediante
radio.& addit quod ille fluxus continue p-
manet.& quando homo bonus ocitatur &
dormit ſicut idem radius permāet ſi ſol ſta
ret & addit quod in hoc tenendum ē cum
magiſtro.¶ PRIMO oſtēdo quod hec
non fuerit opi.magiſtri qui di.xvii.ca.xv.ad
auctoritatem que dicit quod caritas dei dif
fuſa eſt in cordibus noſtris per.ſ.ſ.que uide-
tur eſſe pro opponente & maxime ſecundū
expoſitionem Aug.de ſpiritu & anima quā
allegat ibi magiſter quia ex illa accipit Au
gu.quod alia eſt caritas qua deus nos diligit
& qua nos deum.Ad hanc reſpondet ma-
giſter ca.xvii.Non diuiditur caritas nec di
uiſa oſtenditur qua deus diligit ab ea qua
nos diligimus.ſed potius cum ſit una & ea
dem caritas hec dicitur diuerſis de cauſis.ſ.
uel quia ea nos diligit.uel quia nos ea ſuus
dilectores facit.Ecce expreſſe quod ſecundū
magiſtrum illud quod infunditur uel influi
tur in cordibus noſtris eſt eadem caritas nō
alia quam .ſ.ſ. ¶ CONFIRMATUR
quia iſta opi.dicit quod caritas creata quam
poſuit magiſter eſt influxus quo mediante
ſ.ſ.inflammat & conducit nos ad dei dilec
tōnē.ſed quod magr in iſta rōe ñ cōcedat.ſ.
ſ.habere alium effectum circa nos qui ſit for
ma diffuſa uel fluens diſtincta a.ſ.ſ.arguitur
ſic ille effectus uel fluxus eſt influxus cauſa
tus a.ſ.ſ.quo mediante conducimur ad dile
ctionem ſicut radius mediat inter ſolem &
aerem calefactum per radium : ſed effectus
ille eſt ipſe actus noſter elicitus quo nos dile
ctores ſumus immediate elicitus ab eadem
caritate que eſt.ſ.ſ.ut dicit magiſter.ergo fal
ſum imponitur magiſtro quando dicitur q
ipſe poſuit quod caritas ē quidam influxus
ſ.ſ.quo mediante inflammat nos ad dilecti
onem.imo manet ipſamet caritas que eſt.ſ.
ſ.& imediate nos facit ſui dilectores uel eli
cere ipſam dilectionem in ipum.Confirmā
tur.magiſter dicit ibi quod ſimile eſt quod
ſpiritus ſanctus eſt caritas noſtra ſicut deus
eſt fides noſtra qua nos fideles facit:ſed quā
do deus dicitur fides noſtra hic excluditur
fides noſtra que ē donum & quid creatum
& innuitur quod ſolus nos facit credere, er
go uult magiſter quod. ſ. ſ.immediate nos
facit diligere.¶ DICES :magiſter non fu
it ita rudis quod poneret uoluntatem exire
in actum dilectionis niſi aſſiſtente ſpiritu
ſancto moueretur ad diligendum & ita po
ſuit quendam influxum ſeu motionē quod
eſt propoſitum . ¶ RESPONDEO qd
uerum eſt quod poſuit motionem per ſpiri
tum ſanctū.ſed illam motionem non uo-
cauit caritatem ut iſte doctor imponit ſibi:
imo uocauit illam motionem ſecundum
paſſiuos . uel excitationem prouocantem
potentiam ad eliciendum actiue dilectio-
nem ſecundum actiuos ut ar.iiii.dicetur.
¶ SECUNDO oſtendo quod ſi fuiſſet
hec eius opinio in hoc non eſt tenendum
cū eo qa ſecūdū omnes magiſter poſuit ſuā
opi.habere de facto ueritatē. ſed licet forte

teneri poſſet de poſſibili quod.ſ. ſ.ageret in
nobis dilectionem mediante influxu tali.
tamen non eſt uerum de facto .imo hoc eſt
mediante caritate que eſt forma que eſt ac
tus primus & forma permanens in eſſe qui
eto.ergo ſi hec eſt opi.magiſtri ipſe non eſt
tenendus.probatio mi.primo.ubicūque . n.
apoſtolus loquitur de ea indifferenter loqui
tur ſicut de fidei.ad Corinthios . xiii . nun-
quid maior &ce.Si ergo ponimus de facto
quod caritas ſit aliquid creatum in anima
ſicut concedunt qui dicunt quod eſt influ-
xus cauſatus a.ſ.ſ.ſequitur quod erit conſi-
milis cum fide que eſt forma permanens.
Confirmatur.quia apoſtolus ponit ipſã cau
ſari in nobis mediante actione. ſ.ſ. ad Ro-
manos.viii.caritas dei diffuſa eſt &cet . Sed
terminus actionis non eſt actio.v .phiſicorũ
textu commenti.xvi.ergo caritas que ē ter
minus ad quem eſt forma permanens.Con
firmatur quia Augu.exponens illud Cari-
tas dei diffuſa eſt caritas dei diffunditur in
cordibus noſtris.non qua nos diligit . ſed q̃
nos ſui dilectores facit ſicut iuſticia dicitur
qua nos iuſti eius munere efficimur.& fides
chriſti qua nos fideles facit.ſed certum eſt ꝙ
iuſtitia & fides que infunduntur que ſũt ter
mini ad quem ſunt forme permanentes .er
go &ce.Item eccleſia & ſancti qui condem
nant aliquam falſitatem ponendo contra-
riam ueritatem intelligunt condempnatio
nem & eius contrariam cõfeſſionem habe-
re locum in aliis ubi eſt ſimilis ratio . Nam
Augu.retractans hanc pater ſapit ſapientia
genita:& ponens quod ſciẽtia equaliter di
citur ut dicunt doctores. retractat hãc pater
diligit ſpiritum ſanctum.& ponit hãc quod
diligit amoꝛ eſſentiali.ſed eccleſia damnat
hanc ꝙ homo ex naturalibus poſſit uidere
deum & ponit quod hoc eſt mediante for
ma permanente in.vii.li.de here. ad noſtrũ.
ergo cum ſimilis error fuit de uoluntate ꝙ
ex naturalibus poterat mereri & beatificari
hunc damnat eccleſia decre .eadem & põit
quod meretur & beatificatꝰ caritate que eſt
permanens & hoc de facto. ¶DICES ſi
cut dicit iſte uerſus finem ultime rubrice ar
ticulo quarto quod non intelligit iſte quod
caritas ſit influxus in fieri intelligendo per
fieri ſucceſſionem & innouationem ſicut ē
motus fieri.nec intelligendo per fieri cõſer
uationem que omnia ſunt in conſeruari.

ſed intelligendo per fieri eſſe forme haben
tis rationem uirtutis deriuatiue que non a
git a ſe.ſed eius actio magis attribuitur deri
uanti ut eſt de uirtute formatiua que dicitꝰ
uirtus anime:& de radio deriuato a ſole &
a luce.¶CONTRA.Iſta nõ eſt opi .ma
giſtri quia iſta ponit aliquid medians inter
ſ.ſ.& dilectionem noſtram:magiſter non ut
ſupra probatum eſt . Item ſi eſſet eius opi.
non eſt aſſerendum quod iſta eſt de facto er
go male dicit iſte quod cum magiſtro ē in
hoc tenendum qui poſitõnem ſuam poſuit
de facto.probo quod non eſt aſſerendum
ita eſſe de facto.quia iſte ultimus modus po
nendi imaginatur triplicem formam unam
omnino cum innouatione continua partiũ
ſicut eſt motus . Aliam cum ſimultate par
tium que ſolum in eſſendo & agendo de
pendet a primo ſecundum conſeruationẽ
& influxum generalem ſicut ſunt commu
niter habitus anime & forme corruptibiles
ut calor & frigus huiuſmodi . Aliam cum
ſimultate partium ſed in eſſendo & agen
do dependet a primo ſecundum ſpecialem
conſeruationem & ſpecialem influxum ut
eſt de luce.iiii.graduum que in inſtanti cau
ſatur in medio ſed non permanet in eſſen
do nec agendo niſi ſol ſpecialiter influat in
ipſam aliter quam in conſeruando murem
uel herbam quamdiu eſt quod cõſeruat &
iſto modo.ſ.de ſpeciale influxu imaginan
tur iſti ut per ſe patet. ſed iſto modo nõ eſt
aſſerendum de caritate de facto .quia de fa
cto indiſtincte ponit caritatem apoſtolus
eſſe donum quo nos operamur per genera
lem influentiam ſicut de fide & gloria aut
ſicut de iuſticia ut ſupra habetur ergo &cet.
Et ideo iſta opi.ſi debet poni de poſſibili
ſolum debet poni & haberet apparentiam.
ſed tũc in modico differret a communi opi
nione que ponitur de facto.quia hec in rei
ueritate formam ponit permanentem ſicut
illa. Lux enim in aere cum non ſit in conti
nua innouatione partium eſt forma perma
nens ſicut albedo.ſed ſpecialius dependet a
cauſa ſua.ſic ergo habito quod opi.magiſtri
non poteſt ſtare de facto.

SEQ VITVR quartus arti.
ubi fit queſtio per ſe ad hoc ꝙ
dicit Sco.ꝙ de ſcõ regritꝰ.Scdo
dicit ꝙ de potentia abſoluta

poſſet fieri contrarium. Ad probandum pri mum ſupponit duo. Primum eſt iuſtificatio peccatoris. Secundum eſt quod actio meritoria a nobis poſſit elici. Ex primo arguitur ſic quadrupliciter. Volitio diuina que in ſe eſt unica & ſimplex non habet in ſe rationem uolitionum oppoſitarum ut uelle & nolle. niſi ſit alia diſtinctio ex parte noliti. aliter enim contradictoria ſimul uerificarẽtur de eodem nulla facta diſtinctione circa ipſum. ergo cum deus uult iſti acceptato uitam eternam & eidem exiſtenti in peccato penam eternam ergo oportet quod in iſto eodem uolito ad uitam eternam & nõ uolito ad uitam eternam ſit aliqua diſtinctio. ſed illud quo ſic diſtinguitur non poteſt accipi ex naturalibus. nec ex hītibus ſupernaturalibus que ſunt fides & ſpes quia per iſta non acceptaretur. nec hoc poteſt eſſe per actus ſignificatos ante actus ſignificatos etiã in non habente actus ſignificatos eſt talˀ acceptatio ut in paruulo baptizato ergo hoc ſolum eſt per habitum caritatis. Item cum deus uult iuſtum ſaluari hoc eſt acceptarˀ ad uitam eternam: tunc quero quid ſit iuſtum acceptari ad uitam: hoc non eſt uelle ipſum ſtatim beatificare quia tunc ſtatim beatificaret eum. nec eſt hoc uelle ſibi uoluntate beneplaciti: quia hoc uľt iuſto & iniuſto. ergo hoc eſt uelle illum ſecundum diſpoſitionẽ quam nunc habet eſſe dignum uita. & hoc nolebat ſibi quando erat in mortali peccato. ergo nouiter habet aliquam diſpoſitionem inherentem quam non habebat exiſtens in peccato mortali ſecũdum quam ſic eſt dignus nunc & non primo. Item priuatiua mediate nata ſũt fieri circa idem. iiii. meta. ſed ex prima ſuppoſitione anima iniuſta nata eſt fieri iuſta. ergo hoc erit per iuſticiã auferentem iniuſtitiam ſed niſi iuſticia formaliter inhereret ſibi non magis diceretur nunc iuſtus ꝗ primo. ergo &ce. probatˀ aſſũptum. cum peccator factus eſt nihil quando peccat niſi iuſticia que aufert ab eo iniuſtitiam aliquid formaliter eſſet in eo. ſequitur quod poſt iuſtificatõnem manebit nihil ut primo. Item arguunt hoc per illud commune argumentum de mutatione quei. iii. ar. b. non aliter ſe habent extrema nunc ꝗ prius niſi per mutationem in altero extremorum &ce. ¶ DE ſecunda ſuppoſitiõe arguunt ſic. Nichil dicitur formaliter elicere aliam operationem niſi principium operationis ſit forma agentis. Nam phi. .ii. de anima tex. cõmenti. xxiiii. nolens ꝓbare animam eẽ actum corporis probat per hoc ꝙ anima eſt quo primo operamur &cet. ergo cum anima eliciat opera meritoria ut hic ſupponitur ſequitur &ce. ſed illud non põt eſſe nuda uoluntas. quia illud eſt error. Pelagii nec illud eſt. ſ. ſ. ergo uoluntas informata aliquo habitu. Item nulla actio eſt in poteſtate agentis niſi principiũ formale illius actõis ſit in poteſtate ut poſſit illo uti & nõ uti. ſed actio meritoria eſt ĩ poteſtate noſtra non naturali. qa naturalibus non meremur v. ethi. ca. tertio ergo ſupernaturali: ſed ſ. ſ. nõ eſt in poteſtate noſtra quia cauſa prima non eſt in potentia cauſe ſecũde. ergo actio meritoria eſt in poteſtate noſtra ex ſupernaturali tali qui eſt habitus & forma noſtra. Iſta duo argumenta ſunt reductiones argumẽtorum. Thome ſupra. ¶ Item cum. ſ. ſ. moueat uolũtatem noſtram oportet quod habeat terminum realem: hic non eſt actus uoluntatis qui eſt dilectio quia tunc uoluntas tantum pateretur & tunc actio eius nõ eſt in poteſtate eius. ergo terminum iſtum oportet eſſe aliquid abſolutum precedens actum uolũtatis. Itẽ potentia habitualis nõ poteſt operari ſine habitu: quia habitus dat aliam perfectionem cum opus bonum ſed dat. ſed uoluntas ẽ habitualis reſpectu operatiõis meritorie cum reſpectu eius non habeant determinatam inclinationem ergo &c. Dicunt tamen in. ii. arti. ꝙ nõ eſt neceſſarium ſic eſſe quin deus de potentia abſoluta poſſet aliquem ad uitam eternam acceptare & ordinare ſine tali habitu formaliter informante. quia non allegauit potentiam ſuam ſacramentis nec per conſequens aliis rebus creatis. etiam quidquid poteſt cũ cauſa ſecunda que non eſt de eſſentia rei ꝙ dicunt quod propter materiam & formam per ſe poteſt immediate. De potentia tamẽ ordinata qua ordinauit quod nullus acceptaretur niſi formaliter eſſet gratus neceſſe ẽ ſic eſſe quod ſit gratus per gratiam informãtem. Argumenta ſua ut ipſe format ea probant quod de potentia abſoluta deus hoc non poſſit. Non dico ꝙ de neceſſitate hoc ꝓbẽt. ergo cõtradictio. ꝓbõ aſſumpti. qa in prĩo argumẽto ex pria ſuppõne dicit ꝙ includit cõtradictõnẽ ꝙ dus acceptet aliquẽ niſi

aliqua forma que nouiter diſtigueret cum
ab alio inſit ſibi per informationem & hác
dicit eſſe caritatem ſed illud quod deus
non poteſt facere propter implicationem
contradictionis illud nō poteſt facere de po
tentia abſoluta ergo argumēta ſua ut ea ip
ſe format probant quod de potentia abſo-
luta non poſſit & eodem modo deducen
do per alia argumenta ſua poteſt probari q
deus hoc non poſſit de potentia abſoluta.
non dico ſimpliciter & cuilibet ſed conce-
denti quod argumēta ſua bene procedunt
& precipue.iii.&.iiii.argumentum prie ſup
poſitōis.hoc dico concedenti maiorem in
utroque ut ipſe accipit eam: utrobique & eo
dem modo contingit concedenti maiores
omnium.iiii.argumentorum ſecūde ſuppō
nis.hec omnia patere poterūt deducere ſci
enti. ¶HIC oſtendo quod actus merito
rius diligendi poteſt eſſe in uoluntate ſine
habitu creato.hic intelligēdum quod deus
eſt obiectum ſupernaturale nō copulat ani
me noſtre naturaliter.ſed uoluntarie ſecun
dum Aug.ad Voluſianum .Hoc ſuppoſito
probo quod ſi deus uellet poteſt cauſari in
nobis actus ſupernaturalis dilectionis ſine
caritate infuſa.hoc probo primo ſic.quia in
tellectus beati non intelligit deum p eſſen
tiam mediante aliqua ſpe aut habitu fidei.
imo poſtquam deus uoluntarie exibet pre-
ſentiam ſue eſſentie intellectui noſtro & ut
forma intelligibilis aſſiſtit intellectui elicit
iſte actus qui eſt intelligere deum per eſſen
tiam.cum ergo intellectus non ſit potētior
reſpectu ſui actus quam ſit uoluntas ex hoc
igitur quod.ſ.ſ.aſſiſtit uoluntati ſi deus uo
luerit ipſam mouere ad actum ſupernatura
lem poteſt uoluntas in actum diligēdi deū
meritorie.Item ſicut calor non habet ſic ca
lefacere.ſ.ad generationem carnis niſi per
aliud ſic uoluntas non habet de ſe ſic dili-
gere.ſ.meritorie niſi per principale agēs ſci
licet per.ſ.ſ.ſicut ergo calor ex aſſiſtentia uir
tutis corporis celeſtis ſine aliqua inherentia
poteſt ſic calefacere.ſ.ad generationem car
nis & ad formationem totius corporis ergo
ſi deus uoluerit ſimiliter uoluntas ex aſſiſtē
tia.ſ.ſ.ſine alicuius inherentia poteſt in ope
rationem meritoriam.probatio mi.commē
tator.vii.metaphi.commēto.xxxi.loquens
de uirtute formatiua ſeminis ait ſic. Virtus
informatiua non agit per membrum pro-
prium:ſed uirtualiter non agit niſi per calo
rem qui eſt in ſemine non ita quod ſit for-
ma in eo ſicut anima i corpore naturali.ſed
ita quod ſit incluſa in eo ſicut anima in cor
poribus celeſtibus.Item res materialis i quā
tum materialis eſt proportionabilis eſt intel
lectui & uoluntati:ſed cum ſit proportiona
bilis intellectui per lumen proprium.ſ.intel
lectus agentis nō requiritur aliquod ſpecia
le lumen in uoluntate.ſed intellectum ele-
uari eſt uoluntatem eleuari,ergo a ſimili cū
deus ut eſt obiectum ſupernaturale excedit
intellectum noſtrum & uoluntatem ſi po-
nitur intellectus noſter eleuari per lumen fi
dei:ſi deus uellet ſufficeret ille habitus pro
ſe & pro uoluntate ſicut in eleuatione natu
rali.nec aliquid requireretur in uoluntate.p
batio ſimilitudinis.quia cauſa quare in uo-
luntate non oportet ponere inclinatiuum
per modum habitus eſt quia ratio ſufficien
ter inclinat uoluntatem ſed in cognitione
ſupernaturali ita inclinare poſſet ſi deus uel
let ratio ſupernaturalis uoluntatem ad uoli
tionem eius quod eſt cognitum ſupernatu
raliter ſicut in cognitione naturali ergo ſi
milis ratio eſt utrobique. Pro iſta concluſio
ne require bona argumenta prima queſtio
ne ſuper ſentē.ar.ii.&.iii.li.di.xiii. q. an ani
ma chriſti fuit beata ex ui unionis ar .ii. Itē
illud non repugnat fieri in nobis ſupernatu
raliter ſi deus uellet ad quod ſumus diſpoſi
ti naturaliter.ſed in cognitione & uolunta
te naturali ſufficit obiectum aſſiſtens in ſpē
expreſſa preter hoc quod uolūtas aut intel
lectus habeat formam impreſſam ut proba
tur.ii.li.di.vi.q.an angeli intelligāt per ſpe
cies ergo in propoſito.ſ.ſ.aſſiſtens ſufficiet:ſi
cut ergo de potentia abſoluta ſi deus uellet
fieri poſſet.quare uult. multiplices congrui
tates aſſignantur.una eſt quod cum caritas
ſit nobiliſſimus habitus uel ſaltem eſt poſſi
bile quod ſit huiuſmodi habitus nobiliſſi
mus ergo deus uult quod homo ſecundum
ſtatum nobiliſſimum cuiuſmodi eſt ſtatus
ſupernaturalis non ſit priuatus eo ſed ipſe
non eſt natus eſſe niſi in uoluntate ut per
ſe patet.quare ibi ponatur.Per hoc apparet
congruitas quare in natura nō ponitur hic
proportionaliter ut patet ex argumentis
& eſt quia talis habitus ponitur propter
excelentiam ſtatus & ex priuilegio.& ideo
non oportet quod de lege communi aliqd

proportionale ponatur in omni ſtatu.
¶SEQVITVR de.v.arti.ubi dico ꝙ
ſtante natura uoluntatis que modo eſt & ſi
mul ſuppoſito ꝙ uoluntas ſit actiua reſpcū
exercitii ſui actus ut ponit cōmunis opinio
ꝙ neceſſario oportet ꝙ ī uolūtate ꝑcedit ali
quod creatum.ſ.quedam paſſio de genere
paſſionis uel de tertia ſpē qualitatis non cu
ro pro nunc ante actum quo meretur.quod
patet quia ſecundum communem opi.licet
uoluntas ſe habet actiue reſpectu exercitii
ſui actus.tamē paſſiue ſe habet reſpectu de
terminationis ad actum ſuum ſed illud qđ
hic determinaret uoluntatem reſpectu ac
tus meritorii eſſet ipſe.ſ.ſ.ergo ſtante natu
ra uoluntatis quam modo habet repugna
ret uoluntati exire in exercitium actus me
ritorii niſi prius pateretur quandam motio
nem.ſ.ſ.& ita illa motio paſſiue recepta in
illa precederet actum meritorium exercitū
& elicitum quod eſt propoſitum.Item hoc
patet ſecundum opinionem magiſtri parti
cularem que componat ſpeciem expreſſam
& cum hoc ītellectum actiuum reſpectu ac
tus intelligendi pōit quod ſpecies prius mo
uet & excitat intellectum quam ipſe intelle
ctus agat actum ſuum.& eodem modo di
cit de uoluntate ergo ſtante natura iſta uo
luntatis prius quedam motio paſſiua cauſa
bitur in ea a.ſ.ſ.aſſiſtente quam erit ipſa eli
ciens actum meritorium.Item hanc opi.po
nit co.iii.de anima commento.xviii.ubi po
nit ꝙ in intellectu eſt quoddam recipere &
poſtea ſequitur in ipſo comprehendere & ꝑ
cipere que ſecundum ipſum idem ſunt.Itē
commento.xix.ponit intellectum poſſibilē
utrunque & agere & pati ſed intellectū agē
tem agere purum.Item.ii.de anima cōmen
to.clii.uult quod ſenſus non ſolum hēt re
cipere ſed iudicare.Et ibidem uult quod iu
dicium attribuitur enti in actu & per conſe
quens agenti ut dicit.iii.de anima commen
to.xix in fine quod iudicium poſſibilis eſt ī
cā.perfectionis iudicii actiuo.Item Simplici
us ſuper predicamentum actionis expreſſe
uult & probat per multa exempla ꝙ licet ī
tellectus prius recipiat tamen ex paſſione fa
cit actionem que eſt intelligere & eodēmo
do dicit de uoluntate quod licet prouocet
quadam idoneitate.inconueniēs eſt ipſam
eleuationem non facere motum.Hec diffu
ſe deducuntur lib.ii.di.xiii.&.xxiiii.q. de ac
tiuitate intellectus.Ex his patet ꝙ natura
intellectus & uoluntatis ſtantibus quod an
te actum elicitum habet paſſiones primas
que ſunt eis diſpoſitiones ad actum elicien
dum.Ad hoc eſt Aug.in omelia ſuper illud
Nemo uenit ad me niſi pater traxerit eū.
Vbi dicit.Pater trahit īſpirando plerumq;
aduerſis compellendo ſeu proſperis demul
cendo ſequitur quod qui cogitat atque in fi
de ſua ſentit aut ruminat articulum fidei pu
ta patri filium eſſe equalem ipm trahit pa
ter.Nota in priō tractu quando pater tra
hit in ſpirando & compellendo ſeu mulcē
do planum ē quod nihil cauſatur in nobis
niſi quedam paſſiōes.compelli enim & de
mulceri non dicunt habitus actiuos primos
ſed paſſiones & actus ſignificatos.ſed in.iii.
tractu cum cogitamus & ruminamus tunc
ſunt in nobis actus eliciti .ſed ueriſimile eſt
quod Augu.aſſignat ordinem iſtorum tra
ctuum ſecundum conditionem correſpon
dentem nature noſtre ergo ſequitur propo
ſitum quod ſtante natura uoluntatis quam
pro nunc habemus quod ſibi repugnat qn
paſſiones huiuſmodi precedant actus elici
tos meritorios.uide multa ibi ad propoſitū
¶CONTRA dicta in iſto.v.ar.ſunt du
bia.Primum eſt ꝙ cum deus non habet uir
tutem ſuam alligatam aut limitatam ſacra
mentis aut quibuſcunque rebus uidetur ꝙ
ex ſola acceptatione diuina poterunt actus
taliter acceptati eſſe meritorii ſed acceptatō
nihil ponit in acceptato ſicut nec honorifi
catio ponit aliquid in honorato:ergo opor
tet ponere nec caritatem nec talem motio
nem paſſionem creatam precedere actū me
ritorium.¶SECVNDVM eſt quod li
cet in intellectu & uoluntate conceditur ꝙ
ante actus ſuos elicitos aut exercitos oporte
ret precedere quoddam moueri aut excita
ri cauſatum ab obiecto in eis tamē illa mo
tio aut excitatio non oportebit cauſare eſſe
